nostram. ¶ De secundo Luce.xv.in parabo la d oue perdita quomodo pastor quereret illam que perierat et inueniens ponit eam super humeros suos. ¶ De tertio.i.Pet.ij. Christus passus est pro nobis: vobis relin quens exemplum etc. ¶ Uos mulieres leua te capita vestra. Nunquid lauatis facies ve stras tunicas et ora. Certe vtilius esset vo bis quod essetis leprose quam quod portaretis colo res fictos super facies vestras. Nunquid la uatis camisias vestras et etiam pannos ve stros quando sunt imundi. Si igitur laua tis illud quod vertetur in puluerem: mul tomagis debetis lauare illud quod est per petuum: scilicet animam vestram. Cum eti am dicat Bernardus. quod anima est ita pre ciosa quod si omnia que sunt in mundo compa rarentur seclusis animebus sanctorum et angelis nihil esset ei in dignitate compara bile. Hoc autem possumus cognoscere rati one creationis: quia fuit creata ad ymagi nem dei. ¶ Secundo in sollicitudinem requi sitionis consideretis apud vos diligenter christi natiuitatem. Ab ipsa enim hora na tiuitatis christi quesiuit animas nostras. De hoc enim habemus figuram. Gen.xxxvij. de ioseph quem inuenit homo errantem in agro: cui cum quesiuisset quid queris. respo dit fratres meos quero. ¶ Si queratis chri sto ad quid descendit de celis: quid in vte ro virginis fecit: quid in templo inter docto res: cur in domo pylati voluit percuti et ad mortem sententiari: cur descendit ad infe ros? Respondet dulcissimus iesus fratres meos quero. Credo enim quod nisi anime ve stre fuissent ita preciose non accepisset tot mi serias ad habendas illas: nec cum tanta di ligentia quesiuisset illas. ¶ Tertio apparet preciositas anime propter precium redem ptionis. Uos domini acquiritis magnas possessiones. Bernardus dicit. Apparet mihi nobilitas anime: tum propter ymagi nem: tum propter premij collationem: tum tertio propter illud ex quo solutum est preci um. propter quod petrus dicebat. Scientes quod non auro nec argento redempti estis: sed precioso sanguine agni immaculati. Ecce ergo preciosum quod debetis separare a vi li. Uos domini mercatores quando datis magnas pecunias de aliqua re dicitis illam esse preciosam: et bene custoditis eam ne per datis. Sic anima vestra empta e precio ma gno: scilicet sanguine christi. Ideo animas vestras debetis custodire ne perdatis ine ternum. ¶ Sed queretis pater quid est vile quod debemus separare a precioso id est ab anima. Dico quod est illud de quo propheta a bacuch ait.i.c. Domine mundi sunt oculi ne videas malum culpe: scilicet visione approbationis. Communiter dicitur quod res est vi lis quando quis non potest eam videre aut sentire. Dico quod nunquam canis mortuus fuit ita fetidus coram hominibus sicut pecca tor fetet coram deo. ¶ Sed dicetis pater si separemus peccatum ab anima quid nobis boni erit. Certe dicit spiritus sanctus quasi os meum eris. vbi ponitur contentum pro continente. Actuum.x. Macta et manduca. num quam enim epulum in ore tuo tam suaue placet tibi et delectaris in illo comedendo sicut de us delectatur te ponere cum suis sanctis in gloria. nec homo comedet ita dulce ad suum gustum sicut christus desiderat nos pone re in sua societate. Postquam igitur o peccato res christus vult nos habere quid faciemus? certe oportet deponere omnem immunditi am. Iuxta thema preassumptum. Abijcien tes omnem imundiciam etc. dicendo. Aue ma ria. ¶ Abijcientes omnem etc. More solito mouetur questio theologalis mota a magistris nostris theologis supra materiam incarna tionis et presertim in alexandro de hallis in iij. parte sue summe questione.i.arti.iiij. ¶ Utrum culpa scilicet nature humane re parari potuerit sine satisfactione. ¶ Sunt argumenta ad vtranque partem pro quorum euidentia Anselmus composuit librum. Cur deus homo. Quibus argumentis dimissis respondet alexander ad questionem: quod cul pa humani generis redimi sine satisfactio ne potest dupliciter intelligi. vnomodo ab solute. aliamodo de potentia iusticiam cerne te. De primo dicit quod quando loquitur de po tentia absoluta: tunc consideramus quan dam virtutem infinitam que de sua natura po test remittere sine satisfactione. et hoc modo poterat reparari natura humana. Si vero lo quamur de potentia concernente iusticiam que respicit merita vel demerita nequaquam potest sine satisfactione. et in isto sensu bene

concludunt rationes anselmi in libro. Cur deus homo. Sicut em̄ non fuisset reparata ꝛ sic remansisset aliquid inordinatuꝫ. Et h̄ videtur velle Aug. super Geñ. tractans illud angeli ad loth dicentis. Nihil possum facere donec exeas. hec merita loth promerebantur ꝙ deus non infligeret punitionē cum loth esset presens sicut demerita filiorum iniquitatis demerebantur vt punirentur. ¶ Leuate capita vestra quid dicetis de animabus vestris? ibitis ne ad mortem? timetis ne dānari? manebitis ne semper in h̄ mūdo? Uos domini luditis ne aux oblies. ¶ Sꝫ dicetis. pater expectamus misericordiam dei. bene dicitis sed non totuꝫ. dixi vobis heri per legem ꝛ decretalem ꝙ cū filia ꝓmittit viro ꝛ econtra ꝛ vnus est absens ꝛ se elongat ab illa: alter qui remanet potest nubere alteri. Moraliter dixi ꝙ quādo anima est in peccato est longe a deo. ¶ Sed dicetis mihi. pater nos sum⁹ prope deum iaꝫ venimus ad ecclesiaꝫ ꝛ ad missas: credim⁹ ꝙ deus habebit de nobis pietatē: bene dicitis: sed non totū. est enim tertius casus qui habetur. extra de coniugio leprosoꝝ in antiquis ca. litteras: ꝙ lepra superueniēs sponsalibus dissoluit matrimoniū. Idem habetur in lege ciuili. C. de spon. l. finali. Casus est patēs. quidam iuuenis huius parrochie volens desponsare quandam filiam accepit eaꝫ die sabbati per verba de futuro: ꝛ quando est in die dñico coraꝫ sacerdote ad contrahendū per verba de presenti videt lepram in facie mulieris. Queritur an teneatur capere? videtur ꝙ sic: quia promisit. In oppo. est textus. Et dicit papa ꝙ non tenetur capere eam etiam vbi solum adesset aliqua infirmitas grauis: sicut est noli me tāgere. Rogo deum ꝙ ille qui cepit tunicam vestram non sic agat vobiscum. Scribit̄ leuitici. xiij. ꝙ omnis leprosus ꝓijcied⁹ erat extra castra. Audite vos mulieres nūquid leprosus qui non habet nasum tibias ꝛ digitos ex lepra est ita infamis sicut anima existens in peccato. Ideo dicit moyses. ponatis illos extra castra paradisi in leprosaria diabolorum. Postꝙ anima efficitur sic leprosa per peccatum cum ipsa ingredi voluerit paradisuꝫ respondebitur illi. sola habitabis extra castra paradisi: quia leprosa es: ꝛ hoc erit quando deus veniet in morte nostra cuꝫ credemus ire ad ecclesiā: sed non ibimus. ꝛ tunc vellemus nunꝙ sic egisse: ꝛ oīa mūdana citius dimisisse. ¶ Et vos religiosi velletis nūc tenuisse statū vestrum? Et vos dñe iohānes dimisisse concubinam vestram erit vobis nunc durū ire ad leprosariam dyaboloꝝ. Certe ille gaudet q̄ posset inuenire medicū qui eū sanaret a lepra ꝛ cognosceret pctā sua. talis medic⁹ est xp̄s qui venit ad sanandū nos. ideo ad eū recurramus tergendo maculas pctōꝝ nostroꝝ. Iuxta beati iacobi sniaꝫ. Abijciētes oēs ꝛc.

¶ In isto sermone erunt due partes.

Prima erit de incarnationis sacratissime profunda dignitate.

Secunda erit de peccatricis anime virtuosa purgatione.

¶ Quantū ad primā ptem debemus loqui de incarnatione. diximus heri quomodo in consistorio trinitatis fuit ordinatū ꝛ per Ioseph figuratum quando dedit sententiam ꝙ natura humana non egrederetur de vinculis inferni donec veniret frater noster minimus scilicet christus. Libenter quereres vobis dñis quis dedit consiliū trinitati incarnatōnis. Paulus ad Ro. xi. dicit. Quis nouit sensum domini: aut quis cōsiliarius eius fuit. q. d. nullus. Cogitate igitur o anime deuote ꝙ paulus percutit nos cuꝫ malleo ferreo ne aliquid de deo sentiamus nisi qd̄ possumus habere ex sacris litteris. Ad hoc videtur esse dionysius in libro de diuinis nominibus dicens. Nihil nobis licitū est sentire de deo: nisi q̄tum ex sacris scripturis ꝛ fide recolligere possumus. tñ pauperes peccatores Bern. in sermōe d̄ annūciatione angelica dicit ꝙ in consistorio ipsius trinitatis quattuor virtutes affuerunt quaꝝ misterio oīa fecit deus. ergo ƀm contemplationem ymaginemur incarnatōnis misteriuꝫ. ordinauerūt ꝛ fundant se in ps. vbi dicit̄. Misericordia ꝛ veritas obuiauerūt sibi vt inhabitet gl̄ia in terra nostra. Et que est gl̄ia. gloria patris est filius sapiēs: gl̄ia nostra in terra est filius patris qui est speculum sine macula candor lucis eterne. ꝛ vt inhabitet in terra ꝛ in carne mortali: mīa ꝛ veritas obuiauerunt sibi ad intelligendū: iusticia ꝛ pax osculate sunt: in signū

cuius habemus.iiij. operationes quas do
minus operatus est in incarnatione filij q̄
in sacra scriptura mistice ꝛ figuraliter no⸗
bis ostendantur.
Quater em̄ apparuit dn̄s:scʒ.
Primo ambulans in aurora post meridieʒ
in paradiso.
Scd̄o abrahe in specie triū virorū in cāpo.
Tertio in specie ignis in deserto.
Quarto in specie nubis siue columpna fi⸗
lijs israel.
¶ Primo modo describitur in specie auro
re.hec est veritas:qꝛ veritas vincit et preua
let.ij.Esdre.viij.ꝛ nō ↄsiderat psolā. Scd̄a
vice apparuit in specie homīs qd̄ est iudici
um premij ꝛ supplicij.ꝛ est iusticia. Tertio
in specie ignis ꝛ ē charitas. Vn̄ canti.viij.
Aque multe nō potuerunt extinguere cha
ritatē. Quarto in specie nubis ꝛ est mīa re
frigerans ꝛ refrigeriuʒ prestans.¶ Leuate
capita vestra ꝛ audiatis o peccatores. Di⸗
cit bernardus loquens qn̄ angelus venit
ad beatā virginē:ꝛ dicit ꝙ quattuor virtu
tes fuerunt qn̄ filius dei patris descendit
in vterum virginis. Q iste dederunt consi⸗
lium trinitati:ꝛ figurate sunt in scriptura
per quattuor opationes dei factas in anti
quo testamento. Primo in paradiso appa⸗
ruit ade:nō in aliqua forma data:ꝛ hoc est
veritas q̄ per illū significatur. ¶ Sed dice⸗
tis. q̄d dicebant ille virtutes in voluntate
patris? Domini scholares quid dicunt do⸗
ctores vestri. Schola cōis dicit:ꝙ attribu⸗
ta nō distinguunt ex natura rei.sed Scotꝰ
dicit ꝙ est distinctio formalis vel nō idem
ptitatis formalis. Oportet enī (vt dicit) in
ter essentiā ꝛ personā esse distinctioneʒ ali⸗
quam cum incarnatio verbi tenetur ad pro
prietatē personalē ꝛ nō ad essentiā:qꝛ si ad
essentiā tota essentia eēt incarnata. Dicit ǧ
bernar. ꝙ in medio voluntatis patris erat
misericordia dicens. O domine deus eter⸗
ne misericordia dn̄i plena est terra. iustifi⸗
cationes tuas doce me. Adam (sanctissime
pater) fuit plusq̄ mille ānis punitꝰ in car⸗
cere inferni: ꝛ nouemcentum annis supra
terraʒ: vestra sancta maiestas habeat ergo
de eo pietatem. ¶ Sed in oppositum venit
iusticia dicens. O domine deus verbum tu
um permanet ineternum. vos dixistis ade
quācunqꝫ hora comederis:morte morieris
ꝛ ipse fuit vobis inobediēs:ergo merito de
bet eternaliter puniri. Heu pauperes pec⸗
catores quis poterit satisfacere iusticie dei.
misericordia ꝛ pax querebant ꝙ adam sal
uaretur:sed iusticia ꝛ veritas querebāt op⸗
positum: quibus in consistorio sancte trini
tatis litigantibus atqꝫ opposita sentienti⸗
bus affuit in medio charitas dicens. Non
sic oportet hominem destruere:sed oportet
inuenire aliquod medium ꝛ facere apunta
mentum:ꝙ quilibet sit contentus et ꝙ ho⸗
mini fiat iusticia cum misericordia. Et cer⸗
te vt dicit apl'us Gal.iiij. propter nimiam
charitatē qua dilexit nos deꝰ misit filiū su
um vnigenitum natum ex muliere factum
sub lege vt adoptionem filiorum recipere⸗
mus.q.d.charitas. Reperiamus vnum bo
nū hominem qui mortem pro homine pati
atur qui sit innocens ꝛ non sit reus trans⸗
gressionis ade qui moriatur ꝛ satisfaciat ꝓ
peccato. Tunc iusticia dixit. Domina chari
tas vos dicitis vnū mirabile quomodo re
periri poterit talis homo mundus. Job di
cit.xv.c. Quid est homo vt imaculatus sit ꝛ
iustus appareat natus de muliere. ꝛ Jsay.
liij. Vnusquisqꝫ in viam suam declinauit
Hoc audito deus pater tulit sententiam in
quit Bernardus dicens. Quis dedit consi⸗
lium ferat ꝛ auxilium. Ad seruandum igi⸗
tur veritatem ꝛ iusticiam: ad faciendaʒ mi
sericordiam ꝛ prebendum charitateʒ opor
tet ꝙ filius descendat. Tunc dicit filius (qd̄
dicit Jonas.i.ca. Jn mare proijcite me.pro
pter me enim tempestas orta est. Cum em̄
vellet Jonas fugere a facie domini: voluit
fugere in tharsis:sed dominꝰ fecit validam
tempestatem vt omnes ferme operirentur
fluctibus. qd̄ videns Jonas dixit nautis.
Certe propter me hec tempestas orta ē: ꝓ
ijcite me in mare. Sed videndum est quod
est illud mare. Alexāder de hallis in tertia
parte summe tractans istam materiam di⸗
cit: ꝙ lucifer vidēs anteq̄ caderet ꝙ debe⸗
bat quedam creatura eleuari super omnem
creaturā purā ꝛ vniri debebat ꝟbo. Jp̄e em̄
cecidit in die dominica: ꝛ die veneris post
adam fuit creatus. Cum lucifer vidit adā
dixit. Hic est quem vidi:ideo impediam eū:
vt non illuc ascendat vnde descendi, ꝛ inui

dit: et ideo prouocauit eum ad petrum vt damnaretur: credens eum esse naturam que esset vnienda Verbo. Ideo dixit Jonas propheta. hec tempestas propter me orta est: proiicite me in mare id est date mihi corpus passibile. Cum enim anima christi fuit creata: deus pater ostendit ei omnes dolores quos pati debebat pro redemptione hominis: et voluntate voluit vniri corpori passibili: et acceptauit portare pro nobis. Et dicit Bonauen. in. iij. di. xviij. q. iij. O domini sicut qui tenet in manu sua speculum omnia videt que sunt sibi presentia: sic anima christi in speculo trinitatis omnia vidit: et trinitas omnia illi declarauit que erat passura. q. d. sibi pater O fili mi tu ibis inferius: et accipies ibi corpus passibile: et eris nouem mensibus in vtero virginis marie: et eris circuncisus in octaua die: et multos labores habebis: et tandem morte turpissima morieris. Respondit filius cum omni obedientia: mittite me in mare propter me enim orta est hec tempestas. Ideo venit charitas que dedit conclusionem trinitatis dicens. propter nimiam charitatem qua dilexit nos deus etc. ¶ O peccatores numquid cognoscere debetis eum qui nostram assumpsit naturam: et tantos propter nos portauit dolores. Cogitate pauperes peccatores et disponatis vos vt in festo natiuitatis eum digne recipiatis per gratiam confitendo peccata et eiiciendo illa. Juxta thema preassumptum etc.

¶ Quantum ad secundam partem principalem sermonis: dicetis vos peccatores. Frater nos videmus quod per misericordiam veritatem iusticiam pacem et charitatem descendit filius dei: et sic accepit nostram naturam. Vultis quod deponamus omnem immunditiam: ita sed vbi incipiemus. Certe sunt multi similes cuidam qui voluit ab octo annis deponere peccata sua. Cum autem vidisset tantam multitudinem: nesciuit a qua parte inciperet: et sic totum dimisit. ¶ Vos mulieres facitis ne sic: si sic expectaretis: saltem timere debetis mortem. Oportet igitur incipere in vno buto seu principio et illud est mala voluntas. Dixi vobis heri: quod voluntas quam sequitur consensus in peccatum est peccatum. dixi etiam quod omne peccatum (secundum Augu. in libro contra Faustum) est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei. Oportet autem incipere a primo peccato quod est superbia. Eccli. x. ca. Initium omnis peccati est superbia. Domine burgenses leuate capita vestra. habetis ne tunicas vestras a la grant gorre. habetis ne lapides rubicundos seu dyamans galice? Et vos qui ponderatis gressus vestros et vaditis gressu inconsueto: alias an gros bis: quibus videtur quod nullus est dignus vos aspicere. ¶ Dicetis forte: frater superbia non est in tunicis: nec in pater noster pendentibus in zona: nec in lapidibus preciosis: neque in foderaturis preciosis. certe verum est: sed ista sunt signa superbie intrinsecus existentis. Et autem pauperrime peccatrices anime sciatis quid est superbia: ponenda est diffinitio Augu. ysidori. Bernardi et Gregorij: qui in hoc conueniunt: quod superbia est inordinatus appetitus proprie excellentie. ¶ Est autem aduertendum quod appetere excellentiam et dignitatem que alias sibi debetur et debite siue debito modo appetere non est peccatum: sed est virtus que vocatur magnanimitas. alias non posuisset Aristoteles in. iiij. ethicorum magnanimitatem esse virtutem contra extremitatem presumptionem et pusillanimitatem Sunt autem ipsius superbie quattuor species. Prima est estimare se ceteris spretis. Secunda est estimare a se habere et non a deo Tertia est cum proprijs meritis putat se habere.

Quarta est iactare se habere quod non habet.

¶ Sed dicetis o vos peccatores an ista sint magna peccata? Dico quod magnitudinem eius primi gradus explicat Dauid in psalmo. dicens Non habitabit in medio domus mee qui fecit superbiam. Grauitatem vero secundi gradus ostendit amos propheta. ij. ca. atque detestatur et ysaias. xvi. ca. Audiuimus superbiam Moab. superbus est valde: superbia eius plusquam fortitudo eius. ¶ Si queratis igitur mihi si superbia sit peccatum? Respondet sanctus Tho. ij. ij. q. lxxxiiij. arg. ij. quod cum superbia dicat inordinatum appetitum excellentie proprie ex quo quidem renuit subijci diuine legi illud est mortale peccatum. Domini audiuistis loqui de banqueto id est prandio facto a filio maiori. Job habebat septem filios et tres filias: et faciebant conuiuium alternatis vicibus: non faciatis sic in villa

ista. Semel in domo maioris filij Job: fuit factum cōuiuium: et omnibus edentibus venit ventus a regione deserti ventus aquilonis et percussit quattuor parietes domus contra se inuicem: et occidit omēs filios Job. Quis est iste ventus? vtinam nō moriamur illo turpi vento. Iste est superbia veniens de deserto id est de appetitu inordiato ab aquilone id est a dyabolo: et cum hoc est in voluntate. capit parietes id ē quattuor virtutes cardinales. et septem filios id est septem dona spiritus sancti. et tres puellas id est tres virtutes theologales. et sic omēs destruuntur in domo id est in cōsciencia illa. ¶ Estis hic qui portatis zonam auream Utinam darentur ad soluēdum dietā pauperum vt sanarentur. ¶ Sed queretis an sit peccatum mortale pater scilicet. est hic mulier vna disponeres corpus suum vt videatur et desideret laudari ratione vestimentorum? Dico ꝙ est peccatum mortale. Secūdo est hic vnus doctor magnus et sophisticus et videtur ei ꝙ non sit sibi similis in villa ista vult apparere super omnes an sit peccatū mortale? Respondet Thomas. superbia est quādo appetitis honorem et nō ad honorem dei: sic ꝙ estis contenti relinquere deum propter istum honorē mūdanum. Dico igitur ꝙ quattuor sunt modi superbie. Primus est cum aliqui sunt ebetati ꝙ videtur eis ꝙ bona nature gratie: aut fortune ex seipsis habeant: vt cum sperant in iusticia sua in iuuētute sua in cantu: et volunt honorari ac si deus non prebuisset illa bona. Et tūc dicit Thomas ꝙ postꝙ ad hoc deuenit quis: ꝙ vult habere honorem ac si haberet a seipso bona gratie nature aut fortune ē peccatum mortale. Quid enim (o miser peccator) habes quod nō accepisti a domino deo tuo. i. Cor. iiij. sic peccauit lucifer videns altitudinē: dignitatē: et pulchritudinē dei. Non enī appetiuit appetitu absoluto: quia videbat hoc esse impossibile. sed (vt inquit Anselmus) ei videbatur ꝙ non egebat deo. Ideo statim ad infima descendit. Et istud peccatum multos decipit: quia multi in se dicunt sic. sum melior isto: sum doctior illo et sic de alijs. Secunda species est quando quis querit abscondere vicium suum et apparere iustus coram deo. Ut patet de phariseo qui dicebat. Domine gratias tibi ago de bonis mihi fatis: quia a te multa recepi. Sed illa merebar bene habere: quoniā non sum sicut ceteri hominū. nam ieiuno bis in sabbato etc. ¶ Habetis ne mulieres filias vestras ex quibus facitis ydola? Capio casum ꝙ habeatis duas ancillas et vadatis ad ecclesiam et habeatis horas vestras et detis vni illarum et dicetis ei. veni post me. Illa que habet horas dicet alteri. sequere me tu non debes me precedere. Respondet alia. socia mea non curetis de hoc: nec debetis gloriari: quoniā si domina voluisset: certe ita bene mihi dedisset horas sicut vobis. Jere. ix. Non glorietur diues in diuitijs suis: nec sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine sua. Nullus enī ita bonus est quin deus potuisset ipsum facere meliorem. O peccatores: istud est donū dei et non vestrū Ideo non debetis alios deprimere: nec dicere ꝙ sunt viles et inhonesti: fures: aut latrones et huiusmodi. Sed debetis reddere deo gratias: quia nisi preuenisset nos sua gratia: fuissemus forte peiores illis. ¶ Si tu peccator dicere mihi posses. Pater: mihi videtur ꝙ ego sum bonus et honestus: an sit peccatum mortale? Dico ꝙ non: sed quādo hoc venit tibi debes dicere: laus deo et non mihi: sed tibi domine refero gratias et si oppositum facias: mortaliter peccas. Ideo ad deum referatis omnia: nec a vobis illa putetis euenisse: et omnes iniquitates relinquatis. Juxta thema preassumptum. Abijcientes omnem immundiciam etc.

¶ Feria quarta ante aduētū. Sermo. v.



Abijcientes omnem immundiciam. Quasi a facie colubri fuge peccatum. si accesseris ad illa: suscipien te dentes leonis: dentes eius interficiētes animas. Eccli. xxi. ¶ Domini et anime deuote qui venistis ad sermones vt discatis vos disponere ad sancte honesteque viuendū atque suscipiendum aduētum christi: vos audiuistis quomodo Jaco

dus suadet: ꝙ mundetis conscientias vestras. Et Jeremias heri dicebat: ꝙ qui separat preciosum a vili id est anima a peccato est quasi os domini. Hodie in ꝓthemate nostro sapiens illud idem ostendit declarando mala que inducit peccatum dicens. Quasi a facie colubri fuge peccatū ⁊c.
¶ Ubi nobis xp̄ianis tria ostenduntur,
Primo salutaris eius monitio.
Cum dicitur: fuge peccatum.
Secundo terribilis cōsequutio.
Cum dr̄: dentes eius ⁊c.
Tertio ꝯsequutiōis expressa declaratio.
Cum dr̄ interficiētes animas ⁊c.
¶ Quasi diceret. O peccatores seruate vos a peccato sicut a serpente infecto ⁊ ministranti venenum. ¶ Sed dicetis vos domini: que est causa quare peccatum serpenti comparatur. Dominus Bonauētura di. xxij. secundi sententiaꝝ loquendo de peccato Ade dicit. Recte dyabolus in specie serpentis tentauit: vt in specie serpentina recte pctm̄ significetur. ¶ Peccatū eñ colubro seu serpenti tripliciter cōparatur.
Primo quia serpens venenum primo immittit.
Secundo quia veneno emisso hominem constringit.
Tertio quia corde hominis constricto mortem immittit.
¶ Jacobi primo. Unusquisqꝫ tentatur a cōcupiscentia sua: ⁊ peccatum cum consummatum fuerit generat mortē. O peccatores certe pctm̄ serpenti comparatur: cū eñ serpens mordet dat venenū. Secundo cōstringit cor ⁊ interficit: sic dyabolus dat venenum suggerēdo malum. Tertio frigefacit circa bona opera faciēda: ⁊ per consensum sibi datum immittit mortē in homine. De quo Petrus. i. Pe. v. Aduersariꝰ vester dyabolus tanq̄ leo rugiens ⁊c. Dicūt naturales: ꝙ leo famelicus ⁊ canis rabidus querunt interficere oms̄ sibi occurrentes. Audeo tamē dicere: ꝙ nunq̄ leo famelicus: aut etiam canis rabidus intensiori odio quesiuit hominē vel bestiam interficere: ꝙ dyabolus faciat animas vestras existentes in peccato mortali. Iste dyabolus a sapiente vocatur leo qui habet dētes ferreos ad interficiendum aīas ⁊ non solum corpus. Utinaꝫ pauperes peccatores non eueniret nobis sicut illi prophete de q̄ habetur. iij. Regum. xiij. ꝙ leo deuorauit euꝫ ⁊ tamen nō lesit animā eius. ⁊ tamen iste leo scilicet dyabolus nō solū interficit corpora: sed etiā animas. Juxta illud Ezechielis. xviij. Anima q̄ peccauerit ipsa morieẗ ⁊ hoc erit quādo christus in morte dicet anime existenti in peccato Mathei. vij. Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē. Cum igitur (anime deuote) peccatū malū sit: hortor vos in domino iesu christo retrahatis vos a griffa leonis: ne damnemini cum dyabolis: ⁊ discite cauere a peccato ⁊ mundare conscientias vestras. Juxta thema preassumptuꝫ. Abijcientes omnem immūdiciam ⁊c. Ut autem hoc facilius asseq̄ possimus: virgineꝫ adeamus supplici mēte dicentes. Aue maria. ¶ Abijcientes omnem. More solito talis mouetur theologalis q̄stio: mota a magistris nostris in. iij sententiaꝝ super materia incarnationis: ⁊ presertim a doctore irrefragabili alexādro de hallis di. i. tertie partis. ⁊ a Bonauentura di. iij. sententiaꝝ. ¶ Utrum per purā creaturam potuerit genus humanū reparari. Beatus Anselmus vir omnino contēplationi deditꝰ in libro intitulato. Cur deus homo: partem negatiuā affirmat. Sed cōmunis schola doctorum dicit: ⁊ determinat: ꝙ reparatio generis hūani potuit fieri per puram creaturam. Ubi Alexander dicit tria esse consideranda: scꝫ
Primo persona que peccauit.
Secūdo maiestas quā offendit.
Tertio inordinatio quā commisit.
¶ Quantū ad primum: licet persona q̄ peccauit fuerit in se finita: tamē Adam non inq̄tum suppositum ꝑticulare: sꝫ vt in se habens totā naturam humanā infinite quodāmodo peccauit ⁊ infinitos homines (si possibiles eēnt) ad debitū iusticie originalis obligauit. Quantū ad secundum (scilicet ad maiestatem quā offendit) tanta fuit obiectiue offensa vt infinita sit ꝓ eo ꝙ infinitū obiectum offendit. Ideo vt dicit pura creatura cōdigne satisfacere nō potuit. Tn̄ Scotus. xx. di. iij. sn̄iarum. ⁊ sanctus Thomas tertia parte. q. i. ar. ij. ad scd̄m dicunt ꝙ pura creatura satisfacere n̄ potuit (p̄sup

posita dei ordinatione) sed si a deo placuisset tantã gratiam pferre creature sicut anime christi contulit: tunc pura creatura satisfacere potuisset si deus illam acceptasset: et de tali satisfactione cõtentus fuisset. Veruntamẽ (vt isti doctores dicunt) ipse christus domin⁹ noster pro nobis satisfacere voluit: et hoc ideo vt satisfaciendo pro nobis maiorez gratiã nobis ostenderet q̃ nõ fecisset si pura creatura satisfecisset. Jõ dicit Hugo d̃ sancto victore in tractatu de ara spõse. Hoc fecit xp̃s vt nobis ostenderet q̃tum nos diligeret pro nobis morien do satisfacere voluit vt nõ solũ benignitatis effectum: verũetiam charitatis affectũ ostenderet. Ad hoc est Bonauẽtura in breuiloquio parte quarta dicens. Et si redemptionis humane alius modus fuerit possibilis: nullus tamẽ cõuenientior fuit. Sic igitur competebat genus humanũ reparari per ipsum: vt scz assumeret naturam humanam. Et hoc tribus de causis.

Primo vt sapientiã potentiaz et iusticiam ostenderet.

Secundo vt naturã humanam repararet.

Tertio vt amabilẽ et dulcem se oib⁹ pberet

¶ Leuate capita vestra et dicatis domini mei timetis ne dãnari: emendastis ne vitã deposuistis ne adhuc superbias vestras videlicet appetitum dominãdi: creditis vos q̃ paucum sit dãnari? oportet cogitare de animabus vestris vel damnari: hoc verbũ terribile est: tamen certissimũ. ¶ Sed dicetis forte: frater christus qui pendet in cruce est frater noster: nos speram⁹ in eum q̃ ipse ducet nos ad gloriaz. sicut nouus spõsus ducit vxorem ad domũ suam. certe bñ dicitis: sed nõ totum. dixi heri q̃ si durantibus sponsalib⁹ mulier efficiatur leprosa q̃ soluũtur sponsalia. dicetis: frater certe hoc esset nobis multũ triste si illa pmissio frãgeretur: certe hoc credo. Audite ius canonicum et ius ciuile. habetur enĩ extra de spõsalibus ca. sicut ex litteris. q̃ si quis contraxerit spõsalia cum aliqua: et certus termin⁹ apponatur et spõsalia sint de futuro hmõi sponsalia per secũda sponsalia que adueniunt de presenti soluuntur. Ad hoc est lex ciuilis. C. de accõmodato et conducto lege rei vendite. ¶ Jllud autem sciendũ in pactis vbi terminus nõ apponitur mora nocere nequit. sz vbi terminus ponit̃ et nõ fit pactũ nullum erit. Casus est patens. Vn⁹ iuuenis qui promisit vni filie q̃ capiet eaz in vxorem infra festũ sancti Andree. sed in illo termino prefixo. alia nõ vult: sed capit alium per verba de presenti. certe pma spõsalia soluũtur. vt dicit papa. Rogo q̃ de⁹ non sic nobis faciat. Jpse enĩ dixit per os beati Pauli. ij. Cor. xi. Despõdi enĩ vos vni viro virginem castã exhibere christo: hoc ẽ dicere. Jesus cepit nos et promisit nos capere in termino mortis. Math. xxv. Media nocte clamor factus est: ecce spõsus venit exite obuiã ei: et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Jlle q̃ scilz contraxerant matrimoniũz cum dyabolo per peccatũ mortale. O peccatores audeo dicere q̃ si in hora mortis sitis capti existentes in peccato mortali si oẽs sancti et sancte dñ orarent pro vobis nunq̃ possent vos a dãnatione impedire. ¶ Vos domini burgenses qui estis pleni auro et lapidibus preciosis qui ambulatis super pẽnas ventorum vtinam essetis tam sollicti saluare aĩas vestras. Si mora nunc veniret ad vos essetis ne parati ad recipiendũ eam: dicatis veritatẽ: percutiatis pectora vestra: certe credo q̃ de centum mille nõ reperietis vnuz. Et vos religiosi proprietarij: et vos sacerdotes symoniaci qui recipitĩ tres vel quattuor missas in die et transitis eas sup vnũ fidelium: velletis mori sicut estis nunc? Credo q̃ si beata virgo maria astaret corã filio suo genibus flexis vsq̃ ad diem iudicij non obtineret miam pro vobis. ¶ Et vos mercatores habentes vel faciẽtes contractus vsurarios: et vos qui datis respectus impudicos in sermone: velletis ne sic mori certe credo q̃ nõ. Estote ergo parati: quia qua hora non putatis sponsus vester veniet. ponatis vos in bono statu. currite ad pedes crucis iesu et dicite illi in bona conscientia. Domine deus propono nunc et decetero abstinere a peccatis et abijcere omnez immunditiã. Juxta thema beati Jacobi p̃assumptum. Abijcientes &c.

¶ Jn isto sermone erunt due partes.

Prima erit de incarnatiõis sacratissime profunda dignitate.

Secūda de peccatricis anime virtuosa purgatione.

¶ Quantū ad primā partez (domini mei) diximus die lune ꝙ in consistorio sanctissime trinitatis fuit ordinatum: ꝙ filius incarnaretur. habuim⁹ heri: ꝙ iusticia ⁊ pax ⁊ charitas dederūt consilium. ⁊ tunc filius dixit. mittatis me in mare ⁊c. Si fuistis in parlamento arreste dantur. In natiuitate xp̄i veniet vnus consiliarius: ⁊ apportabit saccū suū ⁊ curia concludet ꝭm partem maiorem: ⁊ greffarius qui in pede presidētis positus est: scribit ⁊ registrat oīs causas ad sententiā dandam. Sic etiam domini mei sacratissimū mysterium incarnationis domini nostri Jesu xp̄i fuit registratū a quattuor greffarijs.

Primus dixit etatem.

Secundus annum.

Tertius mensem.

Quartus vero diem.

¶ Primus igitur dixit etatem. Sacra euāgelij hystoria dicit: ꝙ in ore duum vel triū stat omne verbū. Ut autem sciamus in q̄ etate christus venit: habetis scire ꝙ sicut septem sunt etates hoīs: sic septem sunt etates mundi.

Prima etas vocatur infantia.

Secunda pueritia.

Tertia adolescentia.

Quarta iuuentus.

Quinta virilitas.

Sexta senectus.

Septima decrepitus.

¶ Uos domini dicitis ꝙ pueri vestri non peccant nisi in septimo anno: tamen Gregorius refert de vno quē dyabolus portauit in quinto anno. A principio mundi vsq; ad finē sunt septē etates.

Prima ab Adam: vsq; Noe.

Scd̄a a Noe: vsq; ad Abraham.

Tertia ab Abraham: vsq; ad moysem.

Quarta a Moyse: vsq; ad Dauid.

Quinta a Dauid: vsq; ad transmigrationē babylonis.

Sexta a transmigratōe: vsq; ad aduentuz christi.

Septima incipit in aduentu: ⁊ durat vsq; ad finem mundi.

¶ Primus igitur greffarius seu notarius qui notauit aduentum xp̄i fuit Abraham: de quo scribitur Gene. xviij. ꝙ apparuit ei dominus cuz esset in ostio tabernaculi sui in feruore diei. Et Johānis. iiij. scribitur ꝙ fatigatus Jesus ex itinere sedebat sup puteum ⁊ erat hora quasi sexta. Istud cōcordat cum hystoria Abrahe: ꝙ apparuit ei domin⁹ in feruore diei. ¶ Uos domini scitis ꝙ greffarij in curijs ⁊ notarij apostolici apponunt signa sua in instrumentis publicis: sic etiam Abraham qui fuit greffarius etatis eius tria signa posuit de eius incarnatione.

Primū ꝙ dominus apparuit in valle mābre Abrahe.

Scd̄m ꝙ Abraham dedit dn̄o vitulum vinum ⁊ panem.

Tertium ꝙ sarra vxor Abrahe risit retro ostium.

¶ Abraham semel erat in ostio tabernaculi sui in feruore diei quasi hora sexta: stante illo venit dominus in valle mābre dicēs Ne dubites. Tunc Abrahaz interfecit vitulum ⁊ dedit butirū: panē: ⁊ vinum: ⁊ lauit pedes eius. Et dominus dixit sare: ꝙ haberet filium. que risit: q2 vetula erat ⁊ defecerant muliebria. ¶ Sed dicetis vos mulieres: frater non intelligimus ista: dicatis nobis quis est ille q̄ apparuit in valle mābre? Dico ꝙ est xp̄s qui descendit in vallez humilitatis qui comedit butyrum ⁊ panē ⁊ lauit pedes ei⁹. Uenit aūt hora sexta. i. in sexta etate: qn̄ scz erant homines in calore diei id est in incendio charitatis. Juxta illud xp̄i Luce. xij. Ignē veni mittere in terrā ⁊ non pacem. ⁊ venit ad Abraham in ostio tabernaculi: scz ad naturam humanā que non erat occupata mundanis occupationibus. In lotionibus peduz quem fecit Abraham domino veniente ad eum intelligitur ablutio peccatorum meritoria ⁊ effectiua: quam xp̄s fecit per incarnationem In vitulo vero per Abraham oblato domino immolatio corporis christi per passionez intelligitur. In comestione butyri dulcedo misericordie intelligitur. In lacte quoq; claritas doctrine illustrantis. Juxta illud Isaie. vij. Butyruz ⁊ mel comedet ⁊c. Sicut em̄ butyrum est dulce: ita misericordia dei est dulcis penitentibus atq; moro-

sa. Lac vero est albū ⁊ significat doctrinaꝫ
In pane vero quē dedit Abraham domi-
no significaẜ refectio spiritualis quā xp̄us
dedit per suam predicationem euangeli-
cam. Risus vero sare cum audiuit ꝙ pa-
reret significat gaudiosam annūciationem
angeli nunciantis natiuitatem xp̄i atqꝫ di
cētis pastoribus. annuncio vobis gaudiuꝫ
magnum: qꝛ natus est ⁊c. Ite ⁊ inuenietis
infantē positum in presepio ⁊ pānis inuo-
lutum. Posuit eñ beatissima virgo maria
puerum suū in stabulo vbi ponebātur ani
malia bruta. ¶ Credatis domini ⁊ paupe
res peccatrices anime videndo ꝙ non po-
terat ipsum honorabilius reclinare ⁊c. Et
sic domini videtis primū notariū siue gref
farium qui prefigurauit etateꝫ in qua xp̄s
venit. ¶ Secūdus greffarius fuit daniel:
qui notauit seu significauit annum aduen
tus christi. Danielis. ix. qui dixit de con-
summatiōe tēporis ⁊ de numero ebdoma
darum dicens. Ebdomade septē abbreuia-
te sunt vt finem accipiat peccatū. Et delea-
tur iniquitas de iuda. Primo igiẜ aduer-
tendum est: ꝙ daniel erat in captiuitate et
venit ad eū Gabriel di. ꝙ deus vult ꝙ pec
catum de iuda sit deletum: ⁊ ꝙ septem eb-
domade sint abbreuiate. Est autē numerꝰ
septem ebdomadarum quadringēti nona
ginta anni. Intelligitur autē per centū san
ctus sanctorū qui in doctrina quattuor e-
uangelistarum dedit nobis charitatis pre-
cepta que dirigunt nos in dilectione dei et
proximi. Ista fuerunt manifestata danieli
in captiuitate existenti qui gauisus est: et
omnia ista scripsit. O peccatores si abrahā
voluit videre aduentum christi vidit ⁊ ga-
uisus est: ⁊ Daniel in carceribus per qua-
dringentos nonaginta annos letabatur i
carcere q̇d nos debemus facere? Peccato-
res cauete ne dicatur de vobis illud Isaie
i. Cognouit bos possessorem suū ⁊c. ⁊ da-
te comedere fenum vni boui cognoscet vos
Laborate igitur ad cognoscendum deum
vestrum ne sitis debitores vobis abstergē
do maculas conscientiarum vestrarū. Iu-
xta thema preassumptum. Abijcientes.
¶ Quantū ad secundaꝫ partem sermonis
dicetis vos domini. Frater: notarij isti sūt
boni ⁊ veri: credimus eis ⁊ ecclesie volumꝰ
contemplari beneficium aduentus christi
⁊ tergere maculas conscientiarū nostrarū
sed vellemus a vobis scire vbi debemꝰ in
cipere ad deponenduꝫ peccata. Credo ꝙ si
haberetis vnum foramē in sotularibus ve
stris vel aliquam maculam in tunica ve-
stra laboraretis ad mundandum ⁊ ad faci-
endum album. Sic eñ oportet de conscien
tia facere: ⁊ oportet incipere a superbia quā
do volumus volare super alios. ¶ Sequi
tur aliud vicium ⁊ pauci sunt mundi ab il
lo. illud vocatur vana gloria: ⁊ ista macu-
la solum remanet in corde. oportet tamen
ista bene mundare ⁊ tergere. De isto eñ di
cit christus Mathei. v. Attendite ne iusti-
ciam vestram faciatis coram hominibꝰ vt
glorificent vos: alioqui mercedem non ha
bebitis. Quando facis elemosynaꝫ: nesciat
sinistra tua: quid faciat dextera tua. Et Ga
lath. v. Nolite effici inanis glorie cupi-
di. Ad hoc intelligendum est optima figu-
ra in libro. Gene. xxxix. Et credo ꝙ de illa
audiuistis sepenumero loqui de ioseph qui
fuit venditus in egyptum qui fuit datꝰ ma
gistro domus regis pharaonis. Ille domi
nus habebat vnam pulchram mulierem q̄
non habebat filios. ⁊ Ioseph erat pulcher
rimus virorum: ita ꝙ domicelle veniebāt
ad prospiciendum pulchritudinem vultus
eius. Iste ioseph non erat christianus: nec
sciebat quid erat baptismus. Ista mulier
vxor domini sui cōiecit oculos suos in euꝫ
⁊ fuit dissoluta nimis ⁊ adeo dehonestata
ꝙ requisiuit eum vt dormiret secum. Ipse
vero dixit. absit hoc a me: quia dominꝰ me
us oīa bona domus sue mihi cōtribuit: so
lam te sibi reseruauit. Ego essem multum
ingratus si illud facerem. Tunc dixit sibi
mulier. p̄mitto tibi ꝙ nisi suscipiam a te
filium dicaꝫ marito meo ꝙ voluisti me op
primere ⁊ faciam te mori. Et cepit euꝫ per
pallium suum. Ipse eñ aufugit. ¶ Sūt ne
hic clerici des finances gallice: clerici aduo
catorum ⁊ alij famuli qui quando fuerunt
in domo magistrorum per octo dies que-
runt habere dominā domus ad placitum
¶ Quis est iste ioseph ⁊ q̄ est mulier? Scri
bitur eñ Isaie. xlij. Gloriam meam alteri

non dabo. Gloria est mulier domini id est dei. Deus em̄ sibi reseruauit gloriam bonorum operum. totum vero residuum tradidit ipsi ioseph id est cuilibet nostrum scilicet intellectum: voluntatē: cantum: pulchritudinem ꝛ alia huiusmodi. Igitur spōsa christi que deo pertinet est gloria bonorum operum. ¶ Sed queretis: frater an vana gloria sit semper peccatum? Est quedā mulier que dicit horas suas ꝛ vult videri: dicitur vni predicatori ꝙ ipse bene predicat ꝛ gloriatur. Vos qui gubernatis reges ꝛ in hoc gloriamini. Utrum ista gloria sit peccatum? De isto dicit Bernardus super illud ps̄. A sagitta volante in die. In hoc vana gloria leuiter infligitur: sed non leue vulnus infligit. ¶ Sed queretis differentiam inter vanam gloriam ꝛ superbiam. Dico: ꝙ est tanta differentia: sicut est inter matrem ꝛ filiam. Mater est mala: sed filia est peior. Superbia est mater: sed vana gloria est filia. Superbia est cum appetis laudari de gratijs ꝛ bonis tibi a domino datis: sicut si a te venissent: vel apparet ꝙ deꝰ dederit meritis tuis. Vana gloria ſm Tullius est clara notitia cum laude. Quando enim habes vas auri clarum videtur a longe: sic si tu vis ꝙ videatur honor tuus ab omnibus qui a longe sint: est vana gloria. sicut si hic esset magnus clericus vel pulchra mulier que appeteret ꝙ omnes respicerent eā ꝛ loquerentur de ea vt cognoscant honores suum: est peccatum mortale. gloria tamen potest appeti sine peccato quando quis habet dei honorem pre oculis: ꝛ vult ꝙ alij sciant bonum quod facit vt incitentur ad bonum ꝛ retrahantur a malo: vel vt glorificent deum patrem. De isto loquitur paulus prime ad Cor. xij. Si gloriari voluero non ero insipiēs: sed recte sine peccato. vbi enumerat reuelationes dei quas habuit ꝛ qualiter raptus fuit ꝛc. ¶ Bonauentura dicit ꝙ opera nostra sunt in triplici differentia. Quedam sunt de necessitate salutis et meritoria. vt obseruatio votorum ꝛ decem preceptorum decalogi: ꝛ de talibus debemus velle videri ab omnibus ne appareamus eis dissimulatores. Alia sunt supereminentie ꝛ illa manifestare nō debemꝰ nisi ad manifestandum dei zelum. verbigratia. Ego sum obligatus ſm ordinem non habere pecunias in proprio neqꝫ habere vxorem: debeo hoc omnibus ostendere: si sim canonicus debeo ostendere ꝙ dico horas. si sim vxoratus debeo ostendere facto non habere nisi meam ꝛ non tuam. Alia sunt superogationis vt ieiunare: abstinere a carnibus in die mercurij: ponere se super terram: osculari terram: et portare cilicium. Ista autem non debent ostendi nisi sciret quis ꝙ ex illa manifestatione deberet aliquis se emendare. Est autem aduertendum ꝙ vana gloria est peccatum mortale triplici ratione: vt dicit Thomas in .ij. ij. q. xxxij. arg. iij. Et alexander de hallis in scd̄a parte. ꝛ Henricus de gandauo quodlibeto primo.

Primo ratione materie.
Secūdo rōne desiderij.
Tertio ratione finis.

¶ Primo rōne materie est peccatum mortale quando appetit gloriam de peccato mortali. Contra quos dicit psalmus. quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate. De secundo quando opera eminentia ordinanda sunt ad fidem: spem ꝛ charitatem: vt est missa ꝛ predicatio ꝛ alia sacramenta. Opera virtutum quando sunt de precepto: si fiant vt consequatur gloria: est peccatum. dicit enim Augu. ꝙ omnia que sunt in scriptura ordinantur ad spem fidem ꝛ charitatem. ¶ Tertio ratione finis vt quando quis plus paratus est agere cōtra deum ꝛ charitatem proximi ꝙ̄ perdere honorem. Hoc tangit dominos perlamenti qui propter gloriam ꝛ honorem mūdanum dubitant dicere veritatem. Hoc etiam tangit mulieres que dicunt talis iuuenis sequitur me ꝛ habet aliquid in capite ego gaudeo. Sed dicetis: pater ego aliquando sum in ecclesia: aliquis videt me ꝛ dicit bonum de me: an sit mortale peccatum de illo gaudere? Dico ꝙ non: sed audiatis quid habetur in biblia. Genesis vndecimo: post diluuium fuerunt filij Belial qui voluerunt edificare turriꝫ vsqꝫ ad celum: et sunt hi qui sunt repleti vana gloria: qui finaliter destructi sunt.

In his igitur oibus habenda est hec regu-
la generalis ꝙ si aliqs laudet te:non cōsen
tias in te sed referas in deū. Materia ē vir
tutis hmōi igitur o peccatores talis macu
la est deponenda a conscientijs nostris.iu
xta thema preassumptum. Abijcientes om
nem ⁊c.

¶ Feria.v.ante aduentū.Sermo,vi.



Bijcientes
oēm immundiciam ⁊c.
Rabbi vbi habitas ve-
ni ⁊ vide.Jo.i. ⁊ in euā.
hodier. Domini ⁊ pau-
peres anime peccatrices
qui venistis ad sermonē ad saluandas ani
mas vestras ⁊ ad preparandū cōscientias
vestras ad suscipiendū xpi aduentū beni-
gne. Spūssanctus dicebat heri p os sapiē-
tis ꝙ nos debemus fugere a peccato ⁊ sal
uare animas nr̄as immunes ab oi serpen-
te.i.ab omni peccato.aliter leo inferni po-
neret dentes super nos ⁊ hoc faciendo de-
uoraret aīas nostras. Si quis vellet pone
re bonā diligentiā ad querendum christuz
in bona conscientia sicut beatus Andreas
fecit:inueniret eū.habemus em̄ historiam
pulcherrimā Johā.i.de Johāne baptista.
Ipse Johānes vidit ihm ambulantē iuxta
mare galilee qd̄ est magnum sicut secana ⁊
tunc dixit Johā. Ecce agnus dei:ecce q tol-
lit peccata mundi.⁊ hoc audiuit Andreas
⁊ Nathanael ⁊ venerūt ad xpm q dixit eis
quid queritis.rn̄det Andreas inquisitiue.
Rabbi vbi habitas?quasi diceret magister
reuerende dicatis nobis vbi trahitis mo-
ram ad illos fines vt si indigeremus vo-
bis:sciremus locum vbi vos inueniremus
Respondit xp̄s. venite ⁊ videte ⁊ illi man
serunt apud eum p duos dies. in crastino
Andreas repperit fratrē suū Petrum ⁊ di
xit ei:inuenimus messiā q dicitur xp̄s:⁊ ve
nit Petrus ⁊ dixit.ostēdatis mihi illum ⁊
venit in domū ad xpm ⁊ dixit ei petrus ite-
rum ondatis illū mihi ⁊ venit tunc cū an-
drea ad xpm. Tūc dicit ei xp̄s:tu es simon
⁊ vocaberis cephas.⁊ venit philippus p⁹
alios ⁊ dicit ei xp̄s. philippe veni pōi post
me,⁊ inuenit vnū alium q dicebat Natha
nael ⁊ dicit Philippus quē scripserūt pro
phete ⁊ moyses inuenimus.⁊ dixit Natha
nael quō:quis est ille ⁊ vnde est natus?di-
cūt a Nazareth.dicit Nathanael:an potest
bonū exitum esse de Nazareth?dicunt ei ve
ni ⁊ vide ⁊ cum xp̄s venit dicit:hic est vere
Israhelita in quo dolus non est. ⁊ dixit ei
Nathanael:dn̄e bn̄ me nosti. anq̄ eēs sub
ficu noui te. Ubi notat bea. Aug.ꝙ Adam
comedit de ficu in paradiso terrestri ⁊ tunc
est sensus anteq̄ esses in ficu. i. in medio
corporis Ade noui te vidi te id est p̄destina
ui te vt saluatus esses. O peccatores velle
tis ne inuenire xpm?si vultis eum reperi-
re ⁊ querere ⁊ dicere. Rabbi vbi habitas?
Ubi duo tangunt singulariter.
Primo salutaris Rabbi vocatio:cum dici
tur veni ⁊ vide.
Secundo fructuosa imitatio.
¶ Domini bea. Andreas ostendit cuilibet
anime deuote quō debet inqrere xpm. Sa
lomon in canticis in persona anime deuo-
te ita inqt Canticoꝝ.i. Indica mihi quem
diligit anima mea: vbi pascas vbi cubes ī
meridie:ne vagari incipiā.hec est em̄ vita e
terna vt cognoscā te noticia fidei practica.
Dicit scotus ꝙ finis ad quē ordinati sum⁹
est cognoscere deuz. Ideo angelus dicebat
mulieribus in die resurrectionis Mathei
xxviij.venite ⁊ videte locum. O anime de-
uote si q̄ratis a me vbi reperitur christus. di
co ꝙ in duobus locis per purā ⁊ bonaz ac
deuotam meditationē ⁊ imitationem. Pri
mo ī paupertatis strato. vnde p̄s.paup ego
sum ⁊ in laboribus a iuuentute mea. Re-
spicit oēs dominus noster ꝯtinue est loca-
tus in camera paupertatis scz in cruce. Dic
ibi vitam christi succincte ⁊ eius pauperta-
tē. Scd̄o in patientie clibano. Jere.xi. Ego
quasi agnus mansuet⁹ q paraf ad victimā
q̄si diceret ꝙ sicut ouis siue vapulef siue p
cutiatur siue gladius in gutture ponaf ni-
hil rn̄det nisi vnū xbū qn̄ iugulaf. Sic xp̄s
nihil dixit nisi cū īponeref ei ꝙ hēbat de-
moniū dic ibi solū Jo.viij. Ego demoniū n̄
habeo:⁊ aliq̄ xba plena dulcedine ⁊ ī cruce
pauca:tn̄ istū patientissimū agnū debetis
(O peccatrices anīe) ⁊ īspiceř ⁊ inspiciēdo
imitari. Multi sī q viderūt xpm pēdentē q
tn̄ ꝓpterea mō sunt facti meliores, Sed mi

ni igitur eum emendando vitas vestras iu xta thema preassumptum. Abijcientes ⁊c. Quod vt facere possimus ad virginem mariam recurramus dicendo Aue.

¶ Abijcientes omnem immundiciam ⁊c. More solito mouetur questio theologalis mota a magistris nostris theologis in.iij. sniaꝝ in materia de incarnatione: ⁊ signanter a Bonauen.dist.i.iij.senten. ¶ Utrum fuerit possibile naturam humanam vniri verbo ypostatice. Solutio istius questõnis est fides catholica. Johan.i. Uerbum caro factum est. Sed qualiter ⁊ quomodo doctores sũt diuersificati. Bonauentura dat rationes istius possibilitatis. Possibile est deo quod nullam implicat contradictionem scꝫ vnire naturam humanam diuine persone: igitur est possibile naturam humanaꝫ vniri verbo. per hoc enim inquit Bonauentura ostendit christus charitatem quaꝫ habebat ad naturam humanam. Sicut enim rex maximus signum amoris leprosis ostenderet si habitum eorum indueret: sic etiam christus ⁊c. ¶ Leuate pectora: estis bone theologiane domine burgenses: timetis ne dãnari: videtis vitam quã ducitis in luxuria superbia ⁊ auaricia: ⁊ sic de alijs. Uos hic habetis tam magnam copiam auri ⁊ argẽti ⁊ nullũ bonũ fit pro vobis: quid faciet diabolus de animabꝰ vestris vbi tam grauia scelera cõmittitis: cogitatis vos ꝙ deꝰ dormiat: certe nõ dormit. Sed dicetis christꝰ est frater noster ⁊ sponsus animaꝝ nostrarum speramus ꝙ miserebitur nostri: bene dicitis sed nõ totum. Dixi ꝙ quando quis capit aliquam iuuenculã per verba de futuro ⁊ postmodum aliquam per verba de presenti debet stare cum secũda ⁊ non cum prima: ⁊ quando veniet terminꝰ ꝙ debebit capere primam nõ audietur: sic quando christus veniet in morte: si sitis parati recipiet vos: sin autẽ ⁊c. ¶ Ad hoc autem habemus decretaleꝫ. de iureiuran. in antiquis. c. quẽadmodum. ꝙ si quis iurauerit puelle eam ducere in matrimoniuꝫ: si fornicatio superuenerit minime eaꝫ capere tenetur. Ad hoc est lex ciuil. C. ad legem iuliã de adulteris: lex incipit. propter violatam. Casus decretalis est talis. Pono ꝙ sit aliquis qui veniat de turonia vel picardia promittit ⁊ iurat: ꝙ capiet parisius vnam filiam in vxorem ⁊ proficiscitur vsꝙ lugdunũ: postꝙ vero est regressus seu reuersus inuenit mulierem pregnantem: dicit papa ꝙ illam nõ tenetur capere: licet iurauerit eam accipere. Et lex ciuilis reddit causam: quia potest licite opponere contra eaꝫ: quia fregit matrimoniuꝫ iam inceptum. O peccatores audite Ezechielẽ.xvi. prophetam dicentem. In pulchritudine tua habes fiduciam fornicata es ⁊ exposuisti fornicationeꝫ tuã oĩ trãseunti. Sequitur: ecce ego extendam manũ meaꝫ super te ⁊c. Scitote o peccatrices anime ꝙ mulier ista nunꝙ fecit tantum malũ ⁊ confusionem marito suo: quantuꝫ anima rationalis christo sponso suo. Rogo euꝫ ꝙ non puniat nos in furore. Dicit autẽ Bernardꝰ ꝙ deꝰ in furore punit sine misericordia eternaliter: sicut puniuntur diaboli ⁊ dãnati sine misericordia scilicet liberante. Eritis ne vos de illis: relinquite igitur pompas vestras quia veniet tempus in quo nõ erit oportũitas facere: gallice le gaudisseur le fringant. Uolo dicere ꝙ deponatis peccata vestra iuxta thema preassumptũ. Abijcientes ⁊c.

¶ In isto sermone erunt due partes.

Prima erit de incarnatõnis sacratissime ꝓfunda dignitate.

Secunda erit de peccatricis anime virtuosa purgatione.

¶ Quantum ad primam a die dominica vsꝙ modo: dñi ⁊ anime deuote habuimus ꝙ in scriptura declaratur ꝙ misteriũ incarnationis fuit ordinatum in consistorio sancte trinitatis ⁊ heri diximus quomodo arresta dantur in curia parlamenti: greffarius registrat arrestum vt executioni demandet ⁊ ne hoc dubitemus: sꝫ solum de arresto dato in curia paradisi. Nos habemus quattuor greffarios. primus fuit abraham qui notat etatem incarnationis. secũdus Daniel qui notat ãnũ. tertius Jacob qui notat mẽsem. quartus Adam qui notat diẽ. Diximꝰ de duobus pmis: restat videre d alijs duobus. De tertio legitur Gen.xxxv. Egressus inde iacob versus eufratẽ in mense veris venit in bethleẽ vbi rachel peperit bẽiamĩ et mortua est: ⁊ cum transiuit modicum venit ⁊ tetendit hĩtaculũ iuxta turrĩ gregis.

¶ Leuate capita: cõiter dꝛ ꝙ bonus medicus affert ⁊ dat bonã medicinam ⁊ malus medicus pꝛebet malam potionẽ. Dyabol⁹ veniens ad euam in paradiso voluptatis suggessit sibi ꝙ comederet de fructu ligni vite ⁊ maximum malũ sibi ⁊ toti posteritati ministrauit. O infelix medicus. o infelicioꝛ medicina. o infelicissimus casus. Bon⁹ vero medicus fuit missus ad beatã virginem q̃ sibi medicinam optimam pꝛopinauit di. spũs sanct⁹ supueniet in te ⁊c. ¶ Sꝫ queretis a me: pater quõ interpꝛetat̃ Gabriel. dico ꝙ interpꝛetatur foꝛtitudo dei ab officio suo. ⁊ hoc ẜm btm̃ Grego. maioꝛ ei inquit illa foꝛtitudo videt̃ esse connexa in ope recreationis siue incarnatõis q̃ in mũdi creatione. Jdeo ab ista opatione foꝛtius est nomẽ. sicut eñ videm⁹ ꝙ ab opationib⁹ foꝛtiter q̃s noĩa sua sicut clientes aduocati pcuratoꝛes ⁊ sic de alijs tales vocant̃ que hñt tale officiũ. O filie deuote dẽbetis scire ꝙ Esa. lxiiij. clamabat vtinã dirũperes celos ⁊ descẽderes. ⁊ ps. dicebat. Inclina celos tuos ⁊ descẽde ⁊c. ⁊ etiã alij pphete. Tũc trinitas dixit angelis. date miaꝫ pauperib⁹ pctõꝛibus. tu ḡ Gabriel vade ad ciuitatẽ nazareth ⁊ inuenies ibi quandã virginẽ mihi dilectissimã q̃ est despõsata cuidã viro noĩe Joseph ⁊ dic illi ꝙ eligo eam in matrẽ filij mei ⁊ ex sacratissimo sanguie eius coꝛp⁹ suũ foꝛmabo: ⁊ eam sanctificabo ⁊ in gratia confirmabo. Tũc gabriel descẽdit ⁊ ab ista actione siue opatõe nomẽ Gabrielis soꝛtit⁹ est. ¶ Sꝫ q̃retis: pr̃ q̃d significat ciuitas Nazareth in q̃ moꝛabat̃ beata ꝟgo? dico ꝙ ẜm Aug. nazareth interptat̃ mundicia vel sctitas. ẜ ẜm btm̃ Ber. interptatur flos. iuxta pphetiã Esa. xi. Egrediet̃ ꝟga de radice iesse ⁊ flos de radice ei⁹ ascẽdet. O paupes pctõꝛes si vultis inuenire grãm cũ btissima ꝟgine opꝫ stare in nazareth. i. in mũdicia ⁊ sctitate. ⁊ recte dicũt doctoꝛes ad nazareth angel⁹ mittit̃ q̃ flos interptat̃: qꝫ sicut de floꝛe fruct⁹ nascit̃ sic de ꝟgine xp̃s. flos etiã de suauitate redolet ⁊ tertio pulchꝛitudo emanat. sic etiã de beata ꝟgine emanãt ista tria. s. pulchꝛitudo: redolentia ⁊ fruct⁹. de. i. canticoꝝ. i. Tota pulchꝛa ⁊c. de. ij. Eccl. xxiiij. in plateis sicut cynamomũ ⁊ balsamũ aromatiꝫans adoꝛeꝫ dedi ⁊c. De tertio ibidẽ. Ego mr̃ pulchꝛe dilectiõis ⁊c. ipsa certe ꝟgo est flos cãpi de q̃ oꝛtũ est p̃ciosum liliũ ꝯualliũ. O mulieres si btissima ꝟgo in loco sctõ ⁊ honesto commoꝛat̃ vt fugiat actões pctĩ: quãto magis vos debetꝫ eẽ seq̃strate a ꝯsoꝛtio mulierum. nõ freq̃ntabat banq̃ta: nõ domos alienas. s(vt inq̃t Bern.) clauso sup se hostio oꝛabat deũ in abscõdito. Sꝫ q̃retis q̃re ad ꝟginẽ missus est angel⁹ ⁊ nõ ad coꝛruptaꝫ ⁊ q̃re ad despõsatã. De p̃mo dico ꝙ ꝯgruũ fuit ꝙ mr̃ xp̃i esset ꝟgo ppter tria. vt dicit bea. Tho. iij. pte. q. xxviij. ar. i.

Pꝛio ppter dignitatẽ pr̃is seruandam,
Secũdo ppter filij puritatem.
Tertio ppter incarnationis finem.

¶ De pꝛimo cũ xp̃s sit verus deus nõ fuit conueniens vt aliũ patrẽ haberet q̃ deuꝫ De scd̃o: nã filius est verũ verbũ, verbũ au

tem absq3 oi corruptione cordis concipit. De tertio: incarnatio facta est ad hoc vt homines trāsformarent in filios dei. vñ Jo. i. dedit eis potestatē filios dei fieri his qui credunt in noīe eius: q̄ non ex sanguinib⁹ neq3 ex voluntate carnis neq3 ex volūtate viri: s3 ex deo nati sunt. Dicit enī ad istō ꝓpositum btūs Ber. ꝙ necesse erat ꝙ in loco honesto xp̄s nasceret. O sorores in xp̄o dilectissime ꝯsiderate virginitatis dignitatē ⁊ q̄ꝫ magnū fecit vobis bonū q̄ vos eduxit de corruptione ⁊ trāstulit vos in locū sanctum religionis. amate igitur virginē honorate ⁊ inuenietis grām apud dn̄m. Sed q̄retis quare fuit desponsata beata ꝟgo ioseph. R̄ñdet ambrosi⁹ ꝙ triplici de causa, Et btūs Tho. iij. pte. q. xxix. ar. i.

Primo vt genealogia cōsueto modo texeretur per virum: vt Lucas ⁊ Matheus faciunt.

Secūdo vt ptus eius dyabolo celaretur. ⁊ hoc dicunt Hieronym⁹ ⁊ Crisosto. super Matheū ⁊ origenes.

Tertio vt puer natus a Joseph nutriretur. vñ ⁊ pater eius dict⁹ est q: nutricius eius fuit: vt dicit origenes. Fuit aūt despōsata Joseph q̄ð augmentū interpretat: q: cresce bat de virtute in virtutē vt dicebat ps. Ibimus de virtute in virtutē videbitur deus deoꝝ in syon. Nomen aūt virginis maria q̄ð triplicē h3 ethymologiatiōnē ex triplici ipsius virginis statu. Primo interpretat maris stella ⁊ hoc in filij incarnatione.

Secūdo interpretat amarum mare ⁊ hoc in xp̄i passione.

Tertio omniū domina vt in ipsiusmet assumptione.

¶ De primo cantat eccl̄ia. Aue maris stella De scd̄o Jo. penultimo. Stabat iuxta crucem iesu mater ei⁹ maria ⁊c. De tertio ps. Astitit regina a dextris tuis ⁊c. O felicem virginē circūamicta est ꝟtutū ornamentis vt in isto mūdo etiā ⁊ in alio seculo possit verificari thema pāssumptū. Inuenisti ⁊c.

¶ Quantū ad scd̄am ptem oportet videre O paupes peccatores quō poterimus inuenire istam grāꝫ. ⁊ ad hoc faceindū oportet, tria facere ad illam habendam.

Primo aspicere liberalē donationem.

Scd̄o remouere criminalē obiectionem.

Tertio hr̄e virtuosam dispositionem.

¶ De primo Paulus ad Ro. xi. grā non ex meritis. si enī esset ex meritis iam nō esset gratia. De secūdo sapientie p̄mo. in maliuolam animā non introibit sapientia: nec habitabit in corpe subdito peccatis. De tertio salomon Prouer. xxiij. Fili prebe mihi cor tuū. ¶ Leuate sp̄us vestros. O pctōres oꝫ laborare vt inueniamus grām: aliter ego inuito vos ad oēs dyabolos. s3 quō reperiemus pr̄. Uadatis apud charthusienses q̄ nō comedūt carnes ⁊ portāt ciliciū ⁊ queratis illis: qr̄ creditis saluari ꝓpter penitenciam vestrā. credo ꝙ respondebūt: frater nō q: non ex operibus iusticie q̄ fecim⁹ nos: sed ƀm misericordiā suam saluos nos fecit Ad titum. iij. Et paul⁹ dicit ꝙ si gratia daretur ex meritis iam nō esset gratia. Domini hoc scitote ꝙ opꝫ deprimere frontes oportet ꝙ deus det liberaliter istam grām aut nos sumus destructi. Sed quid impedit patri ꝙ nō habeamus istam grām. R̄ñdet salomon ꝙ pctm̄. in maliuolam enī animā non intrabit sapientia neq3 in corpe subdito peccatis. O domini q̄ratis sancto Andree quare pmisit se ponere in cruce et istis sororibus que voluerunt recludi in isto monasterio: credo ꝙ ad inueniendam grām. audiuistis loqui de scripturis sanctis ⁊ de his q̄ inuenerunt grām coraꝫ deo: certe Abrahaꝫ Dauid: caleph: iosue: ⁊ p⁹ beatissima ꝟgo inuenerūt. Abrahā dimisit terram ⁊ oēs parentes ⁊ omnes amicos eius Moyses eduxit populū ⁊ perduxit per desertum vt inueniret grām coram dn̄o: ⁊ sic de omnibus alijs. Non sufficit expectare senectutē ad inueniendā grām: sed oportet īcipere in iuuentute: nō oꝫ etiā timere illos qui derident bonos ⁊ vocant eos ypocritas: vobis loquor meis sororib⁹ in xp̄o dilectissimis: si vult̄ inuenire grāꝫ sp̄ūsſcti oꝫ ꝙ custodiatꝭ vota vr̄a. q: vt dic̄ Salo. Eccl̄. v. Si q̄d vouisti dō ne moreris reddere. displicet ei infidelis ⁊ stulta ꝓmissio: ⁊ ƀuate igr̄ vota vr̄a: q: tāte erogatōis sunt p⁹mission ē sicut precepta diuina. Uos dn̄i burgēses rogo vt oretis deū pro his religiosis vt possint saluare aīas suas. ⁊ vos religiose oretis ꝓ ipsis vt deus det ipsis grām taliter viuere ꝙ diuinā possint facere volū

tatem. Uolo dicere quod omnes in sua vocatione iuxta thema preassumptū inueniant gratiam apud dominum. Oremus igitur omnes vt illam nobis donare dignetur qui sine fine viuit. &c.

¶ Dominica prima aduentus dñi. Ser. x



Abijcientes oēm immundiciam &c. Abijciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis sicut in die honeste ābulem⁹. ad Ro. xiij. ¶ Domini et anime deuote qui fuistis heri in sermone audiuistis loqui quomodo ad mundandas animas nostras p⁹ meritum passionis xp̄i erant nobis necessarie preces beate virginis quam cōparabimus arbori in paradiso: cui⁹ fructus si qs comederet antequā moreref vita eterna viueret. Hodie beatissimus Paul⁹ in epistola dicit. Fratres scientes. i. scire debetis qr hora est iam nos de somno surgere: abijciam⁹ opera tenebrarū &c. Domini vos videtis quod nox est tenebrosa et qñ venit mane aperitur domus et disponitis et induitis vos aliter in die quā in nocte. Nox durauit quinque mille annis: et quādo venit in vterum virginis lux venit. de qua idem xp̄s ait Johā. iij. lux venit in mundū et dilexerunt homines magis tenebras quā lucem. et tunc data fuit nobis dies. Ideo dicit Paulus hodie quod postquā aduenit dies est tempus nūc se disponēdi et opera tenebrarum siue noctis abijciēdi et capiēdi lucis arma siue fidei q̄ sunt virtutes Sed queretis a me. pater dicatis nobis que sunt opera tenebrarum. Dico quod sunt peccata mortalia propter tres causas.

Prima quia in tenebris fiunt.

Secunda qr tenebras inducunt.

Tertia quia finaliter ad tenebras pducūt.

¶ De primo Johan. iij. Qui male agit odit lucem. De secundo Ro. i. obscuratū est insipiens cor eorum: propter qd tradidit eos in passionem ignominie et reprobum sensum. De iij. Math. xxij. ligatis pedib⁹ et manib⁹ mittite eum in tenebras exteriores. Uidete peccatores: deponatis opa tenebrarum. Uoco opera tenebrarum peccata mortalia: qr qñ peccatis potius queritis loca obscura quā lucida Estis hic luxuriosi vos sciretis aliquid dicere de ista materia si velletis. Et vos qui facitis falsam monetā: nunquid vaditis ad loca obscura. Sed audite Paulum dicentem ad He. iiij. omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Secundo peccata ponūt tenebras in conscientia. Ideo regius propheta dicit. nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant. Et doctor subtilis in tertio di. xxx. dicit quod voluntas mala excecat intellectum priuatiue: qr non sinit neque permittit intellectum diu stare in recto dictamine ne conscientia remordeat. et positiue quia sicut bonus querit media ad finem debitum vt obtineat optatum: sic mal⁹ econtra. Iō dicebat christus Luce. xvi. Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Unde qñ homo est in mala voluntate luxuriādi: furandi: vindicandi se et multa mala faciendi si cogitet aliquod bonum vt habeat bonū aspectum: tunc volūtas representat intellectui illud malū et excecat intellectum. Ideo prudentiores sunt filij huius seculi et magis astuti ad perueniendū ad finem suum optatū. Uolo dicere quod boni non tantā penam ponunt ad saluandos se sicut mali ad dānandos se et facienda mala et ad manu tenendū suos magnos status et pompas. Exemplū habetur de quodā bono patre religioso qui inuenit vnam meretricē in angulo cuiusdam vici et cum eam aspexisset cecidit quasi mortu⁹: et cum aliqui subleuassent eum dixit. domine deus ignosce mihi qr nunquā tātā diligentiam adhibui ad tibi seruiendū sicut ista mulier ad se damnandū. O peccatores quid dicitis: capitis ne tantam penam ad seruiendum deo sicut dyabolo. Uos domini ecclesiastici qd dicitis nunqd dico verum: videatis modicū inter vos et reperietis quod sic. Tertio peccata mortalia sunt tenebre: qr pducunt ad tenebras culpe et ad tenebras pene finaliter: vt pz per parabolā xp̄i q̄ hētur in matheo de quodā qui venit ad nuptias sine veste nuptiali: dñs rex vero iussit vt ligatis manibus et pedibus mitteretur ad tenebras exteriores. Ille rex est de⁹ q̄ fecit nuptias filio suo quando accepit naturam humanam et dictus est christus id est vn-

ctus ꝛ nos christiani a christo vncti: vt dicit de sacra vnctione. cap. vnico. Vestis nuptialis est gratia ꝛ charitas de qua dicit Aug. xiiij. de ciuitate dei ꝙ diuidit inter filios regni ꝛ filios perditionis. Illi igitur qui habebunt tunicam gratie ꝛ charitatis ibunt cum deo: qui vero non: cum diabolo in morte ꝛ tenebris eternis. Quale remedium pater: abijciamus opera tenebrarum ꝛ induamur arma lucis id est virtutes. ꝛ q̄uis hoc semper debeamus facere precipue tamen quando venit tempus deuotionis ꝛ festa precipua: vt iuxta thema preassumptū. Abijcientes oēm imundiciam suscipite insitum verbum. qđ vt facere possimus implorabimus gratiā spiritussancti dicentes. Aue maria ꝛc.

¶ Abijcientes omnem imundiciam ꝛc.

¶ More solito mouetur questio theologalis terminata a magistris nostris theologis ꝛ presertim a domino Alexandro de hallis in tertia parte summe. Et etiam a scoto in iij. distinc. iij. Utrum si adam non peccasset christus incarnatus fuisset. Bonauentura doctor deuotus di. i. iij. ꝛ beatus Thomas dicunt: ꝙ due sunt circa hoc opiniones solennes. quidam innitentes rationibus asserere voluerunt ꝙ si adam non peccasset christus naturam humanam assumpsisset: non tamen mortalem nec passibilem. Alij autē innitentes auctoritatibus sanctorum dicūt oppositum scilicet ꝙ si adam non peccasset christus incarnatus non fuisset. Ideo predictus doctor dicit: ꝙ in hac materia fidei debemus nos confirmare auctoritatibus sanctorum. Ideo secundam partem tenebimus. hec bonauentura. Alexander vero tractans illud Jone prophete. iij. c. Propter me hec tempestas orta est: dicit ꝙ lucifer preuidit ante casum suum naturam humanā viuendam ypostatice nature diuine: ꝛ preuidens eam sic viuendam incepit inuidere et voluit ascendere ad locum illi ordinatum. Scotus vero assignat duas aut tres rationes propter quas deus fuisset incarnatus si adam non peccasset. Prima quia summū bonum in entibus non debet esse occasionatum: sed si verbum fuisset incarnatū propter peccatum primi parentis incarnatio eius fuisset occasionata. Secunda ratio: cum anima christi sit maius bonum ꝙ gloria animarum redimendarum videtur deus illam animam ad tantam gloriā preordiasse. Tertio quia prius fuit predestinata anima christi ad beatitudinem ꝙ̄ preuisum ꝙ adam peccaret: ꝛ sic concludit ꝙ si adam non peccasset christus incarnatus fuisset tamen immortalis ꝛ impassibilis. ¶ Leuate capita vestra: timetis ne dānari secundum vitam quā vos ducitis: habetis enim sermones singulis diebus dominicis: vbi est emenda quam vos facitis: certe pauca aut nulla est. dubito ꝙ male fiet vobis in diebus nouissimis. Sed dicetis: pater speramus ꝙ nō erimus dānati quia filius dei descendit ꝛ venit querere et saluare hominem qui perierat: bene dicitis sed non totum. Habuistis heri per legem ꝛ canonem ꝙ nemo debet recipere duo stipēdia a duobus: ego adducam vobis aliam legem que habetur. ff. iudici non obtemperauit lege vnica. ꝛ habetis decretalem in antiquis de maioritate ꝛ obedientia. c. si quis venerit contra espiscopi preceptum anathematizet. Idem habetur. i. Reg. xiiij. Qui principi non obtemperauerit morte moriatur. Domini cognouistis regem lodouidum et prepositum tristant lermite: si ipse viueret nunc ꝛ mandaret vobis vnum mandatum ꝙ prepositus cum quinq̄ milibus hominū esset paratus ad eundum ad bellum: quero tunc si aliquis dominorum de parlamento vel aliquis de villa diceret ꝙ in despectum regis non faceret: quid esset faciendum iudicio vestro. Domini dicit lex ciuilis ꝙ dignus est morte. ꝛ hoc cōfirmat ius canonicum ꝛ ius diuinum. vtinam deus nō sit nobis ita rigorosus. Dicatis mihi domini ꝙ sepe dereliquistis legem altissimi: quid eueniret vobis si moriamini in statu in quo estis. Uos latrōes vsurarij collectores thesaurorum ꝛ vos domicelle que habetis maritos thesaurarios que recipitis vnam tunicam ab vno nobili vt maritus acceleret solutionem suam ter aut quater centū francos: vos tenemini ad restitutionem. Uos religiosi qui discurritis per vicos qui nō obseruatis regulas vestras: melius fuisset vobis ꝙ fuissetis mortui in vtero matrum vestrarum ꝙ̄ sic viuere ꝛ mori. Audite ps. dicentem qui nunq̄ mentitur. Increpasti superbos: maledicti qui declināt a mandatis

tuis.⁊ Sapientie.xli. Ve vobis filij impij
qui dereliquistis leges altissimi. Quod re
medium: filia mea in christo iesu leuetis spi
ritum vestrum. Reuertimini ad deum ⁊ cō
patietur vobis: recognoscatis casum vestrū
⁊ proponatis deo seruire: hoc autem volo ꝑ
suadere iuxta thema preassumptum, Abiji
entes ⁊c.

¶ In isto sermone erunt due ꝑtes.
Prima erit de incarnatōnis sacratissime ꝓ
funda dignitate.
Secunda erit de anime peccatricis virtuo-
sa purgatione.

¶ Quantum ad primam partem leuetis spi
ritus vestros. Misterium incarnatiōis do
mini sacratissime nō est materia vnius diei
neque vnius mensis. Vidimus iam quomo
do longe fuit desiderata quinque mille anno
rum spacio: ⁊ hoc erat ꝑmo vt christus edi
ficaret edificium spirituale id est ecclam. se
cundo vt beneficium daret eternum. Vidi-
mus quomodo iudas patriarcha dicebat:
pater obsecro mitte nobiscum puerum. Isti
us petitionis habetur responsum primi Re
gum.ix.⁊ sunt verba dicta samueli: mittam
cras virum ad te de terra beniamī: ⁊ vnges
eum ducem populi mei ⁊ liberabit populū
de manu philistinorum. Sic etiam orabat
daniel existens in carcere in babylonia bis
in die dicens. Dañ.ix. Peccauimus domine
iniuste egimus: hodie propter peccata no-
stra facti sumus obprobrium omnibus qui
in circuitu nostro sunt. Deus autem ꝓmittit
liberatorem: cras mittam tibi virum de ter
ra beniamī. Utinam deus mittat ad nos
paruulum ad liberandum nos. nos enim su
mus omnes vocati in curia criminali. In
istis autem verbis dictis samueli: mittam
tibi hominem de terra beniamī dabis sibi
dominiū ⁊ erit dux populi, Quattuor no-
tantur.

Primo quis est ꝗ mittitur.
Secūdo dignitas eius qui mittitur.
Tertio opatio ad quē mittebatur.
Quarto motiuū ꝓpter qd mittebatur.

¶ Beniamī filius dextre vocat. qñ enim ꝗs
aliquē salutat libenter dat manū dexteram:
sic deus pater dedit nobis filium suum ꝗ
sedet a dextris eius, Secundo dignitas ei⁹
tangitur cum dicitur. Unges eum ducem.
ps. Misit verbū suum ⁊ sanauit eos. Tertio
vt gubernaret populum. Ephe.i. Ipsum de
dit, caput sup oēm ecclesiam. hodie autem
mittetur vt capitaneus ad liberandum ani
mas nostras ⁊ de plenitudine eius omnes
accepimus. Johan.i. Liberabit populū su-
um de manu inimicorum. liberauit enī po
pulum suū ab egypto ⁊ a babylonia ⁊ phi
listeis. primo ab egypto que tenebra inter-
pretatur. christus enim per misterium incar
nationis a tenebris ignorantie genus hūa
num liberauit. Secundo a babilonia que cō
fusio interpretatur. a cōfusione enim culpe
naturam humanam liberauit. Tertio a phi
listeis. i. a demonū potestate. De primo: est
lux vera que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum Johis.i. De se
cundo ad collo.i. Eripuit nos de potestate
tenebrarum. De tertio. ps. Propter miseri-
am inopum ⁊ gemitum pauperū nunc ex-
urgam dicit dñs. Christus enī accelerauit
suū aduentum ꝓpter fletus orationes ⁊ ꝑ
ces patrum antiqui testamenti ⁊ presertim
beatissime marie virginis que erat flens et
desiderans incarnationē xpi quando ad eā
venit gabriel. ¶ Dicite peccatores an sit tē
pus hodie ire ad ludos ad tabernas ad lu-
panaria: certe nō. Dicite mihi vos ꝯsiliarij
⁊ vos religiosi quō recognoscitis deū crea-
torē vestrū. credo ꝙ Esaias recognoscebat
modū vestrū faciendi dicens.i.c. Filios enu
triui ⁊ exaltaui: ipi aūt nō cognouerūt me:
Ubi sunt ieiunia? vbi orōnes ⁊ elemosyne
quas facitis amore aduentus xpi? sanctus
Martinus isto sacro tempe viuebat in ieiu
nijs. ⁊ sanctus Ludouicus separabat se ab
vxore sua. Nolo tñ dicere ꝙ vos viri dimit
tatis vxores vestras. sz volo dicere ꝙ si san
ctus Lu. abstinebat ab actu matrimonij li
cito: ꝙ vos a fortiori debetꝭ abstinere a pec
catis que cōmittitis: que nō sunt multū ho
nesta. ⁊ ad hoc dicit apl's in epistola. non in
cubilib⁹ ⁊ impudicicijs ⁊c. et hoc faciendo
iuxta thema ꝑassumptū deponentes oēm
imundiciam suscipite insitum verbum ⁊c.

¶ Quantū ad secundā partem dñi ⁊ vos do
micelle: incepistis ne deponere imundicias
ꝯscientiarum vestrarū? credo ꝙ hodie mane

vos accepistis speculũ vestrum ad speculã dos vultus vestros: vtinam conscientie vestre essent bene mundate. Dixi in superioribus ꝙ op3 inspicere a voluntate ad bñ tergendas maculas: de quibus peccatis dixi heri duo: ⁊ sic sunt octo iam predicata. Restãt adhuc duo dicenda. Nonu3 ergo in ordine est imisericordia vl' inhumanitas ẜm Grego.xxxij.moraliu3: cum cor humanum auaricie plaga sauciatum fuerit finalr' ten dit ad immisericordiam vt inhumanũ existat. quo facto dicit iacob⁹ in canonica sua. i.c. Judicium fine misericordia fiet his qui non fecerit misericordiam. De his loquebatur dauid cum dicebat. Non dabit deo placationem suam ⁊ precium redemptionis anime sue ⁊ laborabit ineternu3 ⁊ viuet in finem. Jdeo scribitur Danielis.iiij. Peccata tua elemosynis redime. extinguitur eni3 cor induratum ⁊ durum est habere bona ⁊ superfluitates ⁊ sine necessitate ⁊ nihil facere vel dare. non dico vt aliquid habeam a vobis sed videte pauperes incarceratos religiosos iuuenes filias que propter paupꝫtatem compelluntur facere multa mala. videte thesauros vestros: vultis cognoscere signum dãnatõnis. quando enim cor est induratum signum est ꝙ diabolus habet ibi partem. De hoc habemus exemplum Luce xvi. De malo diuite qui sepultus est ĩ inferno: quia non dabat sua: quid erit de illo qui rapuit aliena? audite quid dicit Ambrosi⁹. lxxxvi. dist. c. non satis. Pasce fame morientem: si non pauisti occidisti. non enim min⁹ est nõ dare quod potes: ꝙ̃ tollere aliena. et si non des ad saluandas virgines ne labantur in peccatum: consensisse videris. Sed quid dicemus de episcopis ⁊ ecclesiasticis nostris qui non dant ad custodiendas virgines? ⁊ si layci teneantur ad elemosynam: nõne magis domini ecclesiastici qui habẽt tot beneficia ⁊ tot bona crucifixi: bona pauperum ⁊ hospitalium ⁊ vos domini frangitis ⁊ facitis multa que non licet hominib⁹ loqui. O gros goddons dãnati infames et scripti in libro diaboli fures ⁊ sacrilegi (vt dicit Bernardus) creditis vos ꝙ fundatores beneficiorum vestrorum dederint vobis beneficia ad luxuriandum: ad meretricandum: ad ludenndu3 au glic gallice? Audite quid consulit vobis regius propheta dauid dicens. Date elemosynam: quia beatus qui intelligit super egenum ⁊ pauperẽ in die mala liberabit eum dominus. Uide ibi guillermũ altissiodorum. Decimu3 peccatum est amor huius mundi. De quo loquitur beatus Jacobus dicens. Qui voluerit amicus esse huius seculi: inimicus dei constituitur. Jacobi.i. ⁊.i. Johã.ij. Nolite diligere mundum neqꝫ ea que in mundo sunt. O peccatrices anime vultis scire quid ẽ ponere amorem suum in hoc mundo? dixistis vnqꝫ ego vellem ꝙ deus custodiret paradisum suum ⁊ ꝙ dimitteret me viuere semper? Dico ꝙ quando nihil aliud esset diabolus vos caperet in fine dierum vestrorum. Hugolinus super pⁱmũ sententiaꝝ in prologo dicit: ꝙ si quis vellet sic manere semper peccaret mortaliter. Alexander de halis in tertia parte dicit: ꝙ diligere mundũ contingere potest multis modis. Uno modo vt diligat eum vt seruiat deo ⁊ merita multiplicet: ⁊ sic est opus meritorium. Secundo modo dicẽdo: vellem manere adhuc in mũdo si deo placeret: ⁊ sic ẽ veniale. Tertio vt finem habeat in mundo ⁊ semper hic stet in delicijs ⁊ sic est mortale. quãdo quis non petit nisi facere bonum vultum ⁊ gaudere sicut sunt illi qui appetunt semper esse vigintiquinqꝫ annorum vel circa ⁊ nunꝙ̃ mori. Quot sunt voluntates in mundo similes. Audeo eni dicere ꝙ tot peccata mortalia habuistis quot similes volũtates habuistis. Sicut sunt alique mulieres que dicunt quando ego fui vxorata ego eram pulchra. vtinam essem nunc sicut tunc: ego facerem bonum vultum. displicet mihi ꝙ effi cior senex. Et istud peccatum solet contingere viris ⁊ mulieribus lubricis. Sed dicetis. pater quale remedium? Dico ꝙ sic agatis vt non diligatis mundum nec ea que in eo sũt. Et sic iuxta thema preassumptũ. Abijcientes oẽm immũdiciam ⁊c.

¶ Eiusdem dñice post prādium. Ser.xi



Byciētes omnē immūdiciam ⁊c. Tunc videbunt filiū hominis venientem in nube cū potestate magna ⁊ maiestate. Luce.xxi.ca. Domini ⁊ anime deuote mater nostra ecclesia i tali die sicut est hodie representat nobis primam dominicam aduent⁹: vbi Leo papa in principio sermonis sic dicit. Sanctam ac desiderabilem fratres charissimi christi natiuitatem suscepturi tota deuotione debemus nos ꝑparare.q.d. fratres habemus recipere christi natiuitatem: ideo debemus studere toto nisu ad digne aduentum celebrandū ⁊ nos disponere: quia q̄uis christus sit mortuus ⁊ in celum ascenderit: tamen respicit qualiter quilibet disponit se. Modus autem seipsū disponendi est ſm duo. vnus est per viam amoris: ⁊ alius per viā timoris. vn⁹ in consideratione iusticie diuine: ⁊ alius in contemplatione ⁊ consideratione clemētie ⁊ misericordie diuine. Ideo ī ecclesia hodie diuersa euangelia legūtur. Seculares enī habent euangeliū dominice in ramis palmarum vbi ostenditur qualiter christ⁹ ibat in hierusalem ⁊ dicebatur filie syon. Mat. xxi. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Allegorice hoc significat: ꝙ filius dei apparet in humanitate. ⁊ dicite filie syon.i. ecclesie ecce rex tuus venit. vel aliter in sensu morali ecce rex tuus venit in humanitate ad dādum misericordiā peccatoribus: ⁊ qui preibant ⁊ sequebantur dicebant. Osanna filio dauid. Et omnes patres tam veteris testamenti q̄ noui clamabant dicentes. Quia hic est qui venit ad faciendum redemptionem plebis israel. ¶ Aliud euangelium qđ legitur ſm vsum romanum est ad incutiendum timorem. Et istud tangit vos peccatores. vsq̄ ad cor dicens. Erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pressura gentiū. Domini: saluator veniet adhuc. ⁊ quādo frater. Dico ꝙ in iudicio particulari ⁊ vniuersali. In morte enim est particulare iudiciū ⁊ vniuersale in die iudicij quando numer⁹ electorum erit in corpore et anima: ⁊ recipiet vnusquisq̄ ſm ꝙ gessit in corpore suo siue bonum siue malum. O quem timorem habebunt tunc dānati videntes tunc angustiam suā. vt dicit Crisostomus. Habebūt quendam timorem videntes deū supra se iratum. ⁊ inferius infernum apertum. a dextris angelos accusantes: a sinistris demones eos ad tartara trahentes. ¶ O peccatores considerate statum vestrum. ⁊ status incertitudinē temporis tribus vocabulis exprimit. Ut vult paganus Aristoteles: scilicet olim: tunc ⁊ nunc. Olim importat preteritum. nunc presens. ⁊ tunc futurū. De presenti dicit Salomō Ecclesia.ix. Quodcūq̄ potest manus tua instanter operare: quia nec opus nec ratio: nec scientia nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. et hoc de tēpore presenti. De p̄terito dicit Job xvij. Dies mei transierunt: cogitatiōes mee dissipate sunt ⁊c. De h° etiam Anselm⁹ ī meditationibus. Terret me vita mea tota que diligenter discussa apparet mihi sterilitas aut vanitas. ¶ O pauperes peccatores beatus anselmus erat monachus: non comedebat carnes: neq̄ habebat meretrices ī camera sua a pain ⁊ a pot gallice. nec erat ꝓprietarius. portabat cilicium ⁊ dormiebat super terram. ⁊ tamen dicebat terret me vita mea ⁊c. et dubitabat de vita sua. Quid ḡ erit de vobis miserrimis peccatoribus? Iō non īmerito cantat ecclesia. Uix iustus saluabitur ⁊c. Dicam vobis rem mirabilē. beatus Augustinus testatur in libro suo confessionum: ꝙ ipse confitebatur de hoc ꝙ inspiciebat araneas facere telam suam. Dicite o peccatrices anime quod bonū fecistis in vita vestra? quid in iuuentute? quid etiā in medietate? ⁊ adhuc quid in senectute vbi ieiunia vestra? vbi humilitas? vbi deuotio? vbi amicitia ⁊ charitas? vbi compassio pauperum? Certe qui ad preteritum modicum aspiceret: vehementer expauesceret. Sꝫ si de presenti tempore loquamur: quid est nisi punctus. Audite beatum Jacobum qui nunq̄ mentitur.iiij.ca. dicentem. Uita nostra vapor est ad modicū parens ⁊ deinceps exterminabitur. Et paulo ante dixit. Ecce nunc qui dicunt hodie vel crastina die ibimus ad talem ciuitatem ⁊ lucrū faciem⁹ ⁊ ignorant quid eis venturum sit. ¶ Leuate capita vestra vos oīes ⁊ quot estis hic,

Nunquid essetis attoniti si deus diceret vobis. Reddite rationem vilicationis vestre. Certe credo quod pauci sunt qui non essent pauidi. Quis enim gloriabitur se mundum habere cor? Pauper enim et miser est qui sic viuit quod liter mori non vellet. O pauperes peccatores bene viuite et bene moriamini. De tertio scilicet de futuro tempore dicitur in euangelio. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube: et erit sicut erat in cruce ostendens insignia sue passionis. O pauperes peccatores non erit tunc cura gubernandi domos: faciendi cauillationes: nec comedendi populum. quia tunc vt dicitur Apoc. i. Plangent se omnes tribus terre (capiendo omnis distribuit pro generibus singulorum: et non pro singulis generum). Et tunc loquetur ipse ad eos in ira sua et dicet. O damnati populi: populus maledicte: populus blasphemis plene: vbi sunt bona que fecistis propter me? O mulieres a la grant gorre gallice: oportet ista cogitare et non tempus occupare in ludis et alijs vanitatibus. Non oportebit respondere secundum trutinationes Aristotelis in primo priorum. nec de scientia nominalium: aut realium: aut legistarum: canonistarum: aut medicorum: scilicet de bona aut mala vita. Cum igitur o popule indurate sicut lapides duri: tamen velitis aut nolitis oportet comparere ante conspectum domini: cum tempus preteritum iam preterijt nec sit in potestate vestra. tempus futurum est multum periculosum. tempus presens est nimis transitorium. ea propter laborate. Iuxta thema preassumptum. Abijcientes omnem immundiciam etc. Ut deus det nobis gratiam comprehendendi verba predicta inuocabimus auxilium spiritus sancti salutantes mariam. ¶ Abijcientes omnem immundiciam etc. More solito mouetur theologalis questio a magistris nostris theologis mota et maxime a domino Bonauentura dist. ij. iij. senten. Utrum natura humana preelegi debuerit potius ad vnionem ypostaticam quam natura angelica. ¶ Respondet predictus doctor quod sic. propter tres rationes.

Primo quia amplius ipsa indigebat: et amplius sibi proficere poterat.

Secundo quia natura humana erat tota lapsa: non autem natura angelica.

Tertio quia licet homo peccasset. non tamen erat obstinatus in peccato suo sicut demon: nec in termino vie.

¶ Leuate corda vestra domine mulieres estis bone theologiane? si ita esset: esset voluntas mea quod bene seruiretis deo. Dicetis forte: pater est verbum terribile quod ita faciliter damnaremur sicut dicitis. Sed dico confiteor: quod est terribile audire: sed magis terribile sentire. Audeo tamen vobis dicere: quod multo plures damnabuntur quam credatis. ideo valde timendum est. ¶ Quero a vobis in veritate conscientiarum vestrarum si esset vnus angelus super istum crucifixum et diceret: vnus vestrum me traditurus est. nunquid timeretis omnes? Nunquid timuerunt discipuli quando christus dixit vnus vestrum me traditurus est. Uos habetis dictum christi qui non potest mentiri ad istud propositum dicentis. Math. vij. Arta est via que nos ducit ad vitam et pauci ingrediuntur per eam. Sed diceretis adhuc: pater quomodo ita damnabimur? Rex noster christus est ad dandum nobis misericordiam. de quo ergo seruiet nobis passio christi et tot acerbissimi dolores quos passus est. Ipse enim caro et frater noster est. hoc os enim ex ossibus meis: et caro de carne mea. Gen. ij. Propter quod ps. dicebat. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Sed dico: certe bene dicitis: et benedicte sunt anime vestre: sed non dicitis totum. Habetur enim in iure ciuili in autentica de nuptijs collatione. iiij. quod frater venit exheredirandus a fratre in tribus casibus. Primo si insidiatus ei fuerit. Secundo si contra eum scripserit. Tertio si in bonis graue damnum intulerit. Habemus decretum in maiori volumine: et sunt verba Gelasij pape. xi. q. i. c. Siluester. ab ingratis et indignis successoribus legitime merentur perdi hereditates. Casus est patens. sicut duo fratres in eadem domo de eodem patre et matre pater moritur: manent filij: vnus capit vxorem: et alter non sed est homo intelligentie et habens bonum officium et multa bona. Ille qui est vxoratus capit litigium contra alium et vult eum destruere. Quero a vobis vtrum ille debeat esse heres fratris sui? Dicunt leges quod non. et quando mater diceret stat in ratione, frater enim debet ostendere fratri quod quam

do facit dānum non facit vt frater eius. Uti nam frater noster christus non sic agat contra nos. Dicite o peccatores nunquid feci-stis sibi oultragium: nonne voluistis ponere manuz in eum? Audite paulum dicentez miserrimis peccatoribus. Hebre.vi. Rursum sibimetipsis crucifigentes filiū dei credit is quod dicaz vobis. Domini placeat misericordie diuine ꝙ habeat pietatem de vobis. Sed pro certo dico vobis ꝙ frater non facit tantam iniuriam fratri sicut facimus christo cum peccamus. Magnuz est crucifigere christum: sed maius est a nobis eijcere christum per peccatum. Ipse enim semp optat salutem nostram. Et si adhuc posset pati mortem: ipse se offerret morti si eēt necesse ad saluandū animas nostras. ¶ Sūt ne hic matres ille macquerelle filiarum suarum que dederunt eas hominibus de curia ad lucrandum matrimoniuz suum. Et vos mulieres quando itis ad mulieres puerperas visitandas. ¶ Uos officiarij qui datis officia ad custodiendum vos debetis habere respectum. Et vos prelati qui permittitis blasphemias publicas. Quale remedium ꝙ sitis saluati recurrite ad fratrez vestrum iesum christum. Iuxta thema preassumptum. Abijcientes omnem immunditiam ꝛc.

¶ In isto sermone erunt due partes.

Prima erit de incarnationis sacratissime profunda dignitate.

Secunda erit de peccatricis anime virtuosa purgatione.

Quantum ad primam partem hodie sunt sex dies ꝙ ego dixi vobis ꝙ tota natura incarnationis diuidit in qnqꝫ partes siue in quinqꝫ mysteria.

Primū est: ꝙ incarnatio fuit a deo eternaliter ordinata.

Secūdum: ꝙ fuit a patribus antiquis diu desiderata.

Tertium: ꝙ in scripturis est figurata.

Quartum: ꝙ fuit a prophetis denunciata.

Quintū: ꝙ fuit per xp̄m adimpleta.

¶ Diximus a die lune vsqꝫ ad diem veneris primum mysterium. Uos domini scitis ꝙ quando arrestum est datum ꝛ pronunciatuz in parlamento: ꝙ ille in cuius fauorē fuit pronunciatum querit q̄ diligenter potest vt executioni demandetur. Sic etiaz natura humana videns arrestum datuz in curia paradisi q̄rit executōz arresti. ꝛ hō ē mysterium secundum. ꝛ hoc representat nostra mater ecclesia referens voces prophetarum dicens. Ueni domine ꝛ noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Et istud mysterium fuit declaratū a die veneris vsqꝫ modo. Tertiū mysteriū declarandū est ꝙ īcarnatio fuit in ducibus ꝛ presidentibus populi israel infantibus prefigurata. hoc est dicere ꝙ iudices israel dabant figuram veri iudicis christi. Hoc habetur iudicum secundo ꝛ tertio. Suscitauit dominus iudices ꝛ nō ambulauerunt coram domino in corde perfecto. Ideo tradidit eos dominus in manus gētium ꝛ ī manu regis chusanta sataȝ seruierunt qꝫ ei octo annis ꝛ clamauerūt ad dominuz ꝛ misit eis octoniel q̄ liberauit eos. ¶ Leuate capita vestra debetis notare domini sicut dicit Paulus p̄me ad Chorin.x. Omnia in figura contingebant: illis scilicz patribus veteris testamenti. ꝛ Bernardus super Missus: dicit exponens quid significat nazareth. omnes reuelationes ꝛ figure que precesserunt apud patres antiquos fuerunt quedam semina vel flores nostre redemptionis. Christus enim adueniens fructus fuit. Luce.ij. Benedictus fructus ventris tui. Et sicut adueniente fructu flos cadit: sic adueniente christo flores: id est figura cessauit. Primo ergo iudex qui saluauit populum a manibus gentium fuit octoniel qui quo ad personam eius signum dei interpretatur: qui representat christum. De quo Paulus ad Hebreos.i. Qui cū sit splē dor glorie ꝛ figura substantie eius sedet ad dexteram patris ineternum. Ipsi autē octoniel fuit filius cenez: quod interpretatur zelote: ꝛ illud cōuenit christo filio dei. De quo

Joh.ij.scribitur. zelus domus tue comedit me. Domini non est a duobus annis nec a mille ꝙ fuit figuratum: ꝙ christus tanq̃ iudex veniret: sed sunt fere tria milia annorum ꝙ hoc fuit figuratum ⁊ representatuꝫ. Nam legitur in libro iudicum de sex iudicibus qui representant christum. Primus vocaf octoniel qui tantum valet sicut signum dei vel ymago patris eius. ⁊ pater eius vocabatur cenez: quod interpretatur gallice desir: latine zelote. Sic deus desiderabat ⁊ zelabat saluteꝫ nature humane. Filij israel seruierunt astaroth. hoc videns deus dedit eos in manus cuiusdam tyranni vocati cusan: qui tantuꝫ valet sicut tenebrosa iniquitas in mesepotamia: quod ĩterpretatur eleuatio. Filij eniꝫ israel dati sunt in tenebris quando adam peccauit ⁊ eua in paradiso terrestri. Tunc eniꝫ ipsi ⁊ tota posteritas in manus tenebrarum: id est diaboli fuerunt dati. Et d̃ isto p̄t dici illd̃ Deu.xxxij. allegorice. Ip̄i me prouocauerũt in eo qui non est deus. ⁊ ego prouocabo eos in eo qui nõ est populus. Tunc ipsi clamauerunt ad deum redemptorem ⁊ misit eis oetoniel: id est ymaginem suam siue filium suuꝫ: ⁊ sumpsit non naturam angelicam: sed humanam in vtero beatissime virginis. Iste pugnat contra diabolum: qui solum querebat peccatum. Christus autem per humilitatem vicit eum: ⁊ in arbore crucis totam iurisdictionem ei deposuit ⁊ instituit ꝙ natura humana obseruaret precepta decalogi et que habentur in quattuor euangelistis. ¶ Sed dicite mihi o peccatrices aĩe quam recognitionem facitis deo? Nunquid dixi vobis ꝙ diaboli erãt obstinati: ideo christus non redemit eos nec assumpsit naturam angelicam. ¶ Estis ne duri ⁊ duriores diabolo. Audite ergo psalmistam de ingratitudĩe vestra loquentem. Obliti sunt deum qui saluauit eos ⁊c. Certe obliti estis beneficium christi qui saluauit ⁊ redemit vos. Vobis loquor domini de iusticia. Tempore preterito erat iusticia parisius seu in hac villa: ⁊ non vendebantur officia: sed nunc nihil est. Erat etiam charitas ⁊ amor inter christianos: inter maritum ⁊ vxorem: inter matreꝫ ⁊ filiam: inter proximos ⁊ vicinos: ⁊ sic de alijs. Sed nũc odia ⁊ inuidie regnant. Antiquitus erat oratio humilitas ⁊ deuotio ĩ religiosis: sed nunc nihil volo dicere. ¶ Cõsideret ergo vnusquisq; vestrum gratiam christi: ⁊ sic recipiet christum in corde suo. Juxta thema preassumptum. Abijcientes omneꝫ immundiciam.

¶ Quantum ad secundam partem leuetis capita vestra. Incepistis ne adhuc domini mundare conscientias vestras? Dicetis frater conscientie nostre sunt sicut hortus in quo nihil est factum ab vno anno quando incipimus in vna parte anteq̃ simus in alia in fine: iam incipiunt crescere in alia parte male herbe scilicet peccata. vnde Grego. in moralib⁹. Huius populi est cõuersio ad deum per opera bene viuentiuꝫ quando in hortis conscientiarum laborant. sed quando hortus incipit florere ⁊ adducere flores dulces tunc ascendunt vepres: scilicet viciorum. Vidistis vnq̃ carthusieñ? Ipsi eñ habent paruos hortos ⁊ semper laborant et auferunt superfluitates et adhuc ipsi timẽt ꝙ damnentur cum reprobis. Quid igitur erit de vobis qui nõ curatis de hortis conscientiarum vestrarum? Volo dicere pauperes peccatores: ꝙ si deus non apponat manuꝫ certe difficilimuꝫ erit sanare conscientias. Immũdicie auteꝫ omnes sunt aut in voluntate aut in ore aut in opere. De ĩmunditijs siue peccatis volũtatis dixi vobis decem: sed nescio si bene notastis: sꝫ adhuc nõ est totum. ¶ Leuetis corda. Oportet nunc loqui de p̄ctĩs lingue siue op̄is. Et istud ẽ adhuc magis difficile. ¶ Fertur in quadaꝫ parabola ꝙ diabolus fuit semel infirm⁹ et venerũt medici ⁊ quesierunt ei quid vellet comedere: an pisces aque dulcis aut maris. qui dixit non. an carnes porcorũ aut thaurorũ vel vitulorũ. qui iterũ respondit non. aut pullos aut perdices aut aliquam vena

tionem. Tunc respondit: nihil comedaȝ de omnibus istis epulis: sed ego volo comedere de esca de qua fui nutritus: quam comedunt mulieres in balneis existentes. Illa esca domini mei est pastillus de linguis. Sȝ domine (dixerunt medici) quam salsaȝ vultis habere? dixit ꝙ volebat primo ꝙ essent frixe in patella ⁊ postmoduȝ ponerentur in pastillo. Ista est parabola vna. Audite verba Jacobi.iij. nunc̄ꝙ mentientis. Si quis ĩ verbo non offendit hic perfectus vir est. Et post lingua modicum membruȝ est ⁊ magna exaltat. Ecce q̄ꝫtus ignis ꝙ magnã siluam incedẽt ⁊c. Ideo beatus grego. in mora. di. ꝙ vniuersitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris que maculãt totuȝ corpus. Sequitur in iacobo. Omnis enim natura bestiarum ⁊ volucrum ⁊ serpentum ⁊ ceterorum domãtur a natura humana: linguam autem nullus domare potest inquietuȝ malum ⁊ plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deum ⁊ in ip̄a maledicimus hominem qui ad similitudinem dei facti sunt. Audite o pauperes peccatores beatum iacobum dicentem: ꝙ ille q̄ nõ peccauit in lingua est beatus. ⁊ dicit ꝙ animalia siluestria possunt domari: non tamen lingua: ⁊ quod totum corpus nostruȝ potest comburi ab igne lingue sicut vna tota silua a paruo igne comburitur. ¶ Dicatis mihi domine burgenses mulieres cuiuscunqȝ status: habetis ne tales liguas in ista ciuitate? ego credo ꝙ sic: ⁊ experior ĩ me ipso. Dixi enĩȝ vobis die iouis preterita tractans illud. Rabbi vbi habitas.q.d. si indigeremus vobis vbi inueniremus vos? Respondit veni ⁊ vide. ⁊ dixi ibideȝ ꝙ nos inueniremus eum in paupertatis strato ⁊ in patientie clibano. Dixi ꝙ pauper fuit in infantia in mundo ⁊ in morte. Non enim habebat (vt inquit ipse) vbi caput suum reclinaret. Dixi ibi ꝙ non habuit in proprio neqȝ in cõmuni: stratum neqȝ etiam domuȝ quia si habuisset domũ: discipuli eius tunc non quesissent. Luce.xxij. Domine vbi vis paremus tibi comedere pascha. Ego auteȝ non dixi de alijs ꝙ non habuerunt vel in cõmuni vel in ꝑticulari sed solum strato ⁊ domicilio. Parui logici ⁊ summuliste q̄ vadunt ad vicuȝ straminis parisius sciunt bene ꝙ particularis negatiua non infert vniuersalem negatiuam in bona consequentia Dixi etiam ꝙ predicarem de iudicio falso die veneris ꝙ nullus debet iudicare alium nisi casus sit patens siue euidens. Dixi tamen ꝙ si videatis hominem nudum cũ nuda nec sit ibi aliquis: potestis dicere ꝙ talis sit pallardus. Dixi vltra ꝙ si videretis aliquem sacerdotem deosculari mulierẽ nõ debetis esse de opinione illi⁹ glose que habetur.xi.q.iij.c. Absit. ꝙ iudicetis sacerdotẽ sibi dare benedictionem dico ꝙ si ibi sint soli ⁊ in loco suspecto ꝙ non est peccatum illos iudicare esse pallardos. Imposuerunt mihi aliq̄ ꝙ ego dixi ꝙ magistri nostri sũt brigatores: non dixi faciant quicquid volent: dico tamen ꝙ ipsi non seruauerunt legem christi: melius fuissȝ illis fuisse bubulcos. Quia leuate spirit⁹ vestros: multa mala faciũt mulieres loquaces. Vultis comedere d̄ isto pastillo vadatis ad mulieres puerperas ⁊ audiatis ibi loqui de domicellis quomodo se habent cum dominis de curia ⁊ mulieribus aduocatorum ⁊ procuratorum: certe ibi comeduntur pastilli cum abũdantia. Sed dicetis: pater quot sunt peccata lingue ad faciendum vnum pastilluȝ de linguis carparum oportet habere multas. Fuistis in schol̄: scitis a.b.c. Et tot sunt peccata lingue quot sunt i. A.b.c. littere. Sunt autem viginti principales scilicet a.b.c.d.e f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.v. Sic etiam sũt viginti peccata mortalia lingue. Prima lingua istius pastilli est primum peccatuȝ lingue quod vocat̄ lingua adulatoria. De isto loquebatur Esa.v.c. ⁊ dicebat ꝙ sub pena mortis nullus comederet dicens. Ve q̄ dicitis bonum malum ⁊ malum bonuȝ ponentes tenebras lucem ⁊ lucem tenebras. ¶ Secundum peccatuȝ est lingua blasphematoria ⁊ secũda lingua istius pastilli correspondet isti littere b. Moyses auteȝ prohibebat ꝙ nullus comederet de isto pastillo sub pena mortis Numeri.v. Quicunqȝ blasphemauerit nomen domini morte moriatur. Pro intellectu clariori debetis notare q̄d dicit Tho.ij.ij.q.cxv. ꝙ adulatio potest esse peccatum mortale tribus modis. Primo quando laudatur peccator de peccato suo, vnde p̄s. Laudatur peccator in desi

derijs anime sue ⁊ iniquus benedicit̄. Secundo qn̄ quis laudatur vt spiritualiter vl' corporaliter decipiat eū q̄ȝ est contra charitatem. Tertio qn̄ quis laudat ⁊ dat occasionem peccandi: ⁊ tunc tam laudans q̄ȝ laudatus peccant mortaliter. ¶ Leuate capita vestra ⁊ corda vestra: sunt ibi qn̄ vident ꝙ aliquis ꝑcussit aliquē vsq̄ȝ ad mortē vel dedit sibi tres alaphas: dicunt sibi per deū sanctum vos bene fecistis: vos multa mala passus estis ab illo trufatore. Et vos domini gaudisseurs qn̄ petit̄ a vobis vbi fuistis heri. respondetis: nos fuimus per totam diem in lupanari siue in prostibulo cū amasijs nostris: faciebamus grant chiere gallice: dicit alius vtinam fuissem vobiscū Et vos burgenses nunq̇d dicitis ꝙ fuistis cum tali domino ⁊ ꝙ dedit vobis vnā cathenam aureā ⁊ ꝙ fecistis pulcherrimum banquetū. Et vos domini in parlamento quando fecistis aliquā deceptionē: nunq̇d dicunt vobis socij vestri: bene fecistis. vous luy aues bien fait desploier ses escus. Il semble vng papellart gallice. Et vos domini gaudisseurs gallice: nunq̇d dicitis sepe. talis mulier bene chorisat siue talis mulier bene tripudiat siue talis mulier bene eq̇tatur. ¶ Secūdo adulatio est peccatū mortale quando is qui laudat vel qui facit: fac̄ vt aliū decipiat corꝑalit̄ vl' spūalit̄. Estis h̄ domini bullatores ⁊ portatores reliquiarum. Aristoteles vocat istuȝ adulatorē blāditorem in.iiij. ethicoruȝ. Uos dicitis vos habuisse de bullis centum scuta ⁊ curatus decem pro vino suo. Et licet essent rubea vo⁹ les aues abbatus a tous les dyables gallice, talis em̄ modus faciendi est grauissimum peccatum. Tertio peccat inducēdo aliquem ad malum peccatum. Estis hic q̇ sic laudatis vnam mulierem que bene saltat: aut vnam mulierem que bene chorisat in presentia alterius: aut vnam mulierem que bene equitatur: quia non auderetis ꝓpter eius mariti presentiam laudare alibi. Et etiam qui laudatis dominos: superiores ⁊ magistros vestros vt inducatis eos ad malum. sicut faciunt seruitores ⁊ famuli abbatum: episcoporum ⁊ aliorum magnorum dominorū. Petrus autem blesensis fecit vnam pulcherrimam epistolaȝ de hac materia: vide eam si volueris. ¶ Secūdum peccatum siue secunda lingua pastilli est lingua blasphematoria. Qui nomen domini blasphemauerit morte moriatur dicit Moyses Leuitici.xxiiij. Et extra de maledicis ca. Statuimus. debȝ blasphemator poni in porta eccl'e in camisia sic faciūt illi q̇ faciūt emendā solēneȝ. ⁊ in autentica collatione.vi. lex dicit. Si blasphemie in hoībus non relinquūtur impunite: certe in deum vltimo supplicio puniri volumus. Dominus autem Anthoni⁹ triplicem blasphemiam ponit siue differentiā blasphemie scilicet maledica: falsidica ⁊ turpiloqua. Maledica est imprecando malum deo. Turpiloqua est irreuerenter loqui de deo ⁊ de humanitate eius. Falsidica est quando aliq̇s attribuit deo aliquid quod sibi non conuenit. De primo exemplum: in despectuȝ dei sit hoc factum: ego renego deū. Et lusores dicunt in mala gratia sit hoc factum. ie de sauoie dieu gallice. Estis hic iudices ⁊ aduocati qui bene clamatis in curia ⁊ iuratis ⁊ post vnum prandium prolongatis causam vsq̄ȝ ad quattuor annos. De secunda lingua scilicet falsidica exemplum habemus quādo in infirmitate dicitis. Deu me quid feci deo ꝙ mittat mihi istam infirmitatem: videtur mihi ꝙ non est iustus ⁊ ꝙ non sit bonus. Et istud est maius q̄ȝ furari pecuniam in bursa cōmuni ville. De tertia lingua scilicet turpiloqua exempluȝ habemus vt iurare per ventrem per caput et per cetera membra. Sunt aliqui qui sunt magis infames circa christum ꝙ̄ carnifices circa vaccas ⁊ ea que occidunt. Audite quid dicat Paulus ad beatū Johan. Irritam quis faciens legem Moysi duobus testibus morit̄. si ergo in lege Moysi blasphemator occidebatur: ꝙ̄to magis non acrius punire debemus blasphemias. Hortor enim vos ꝙ̄tum possum in domino ne irreuerēter tractetis mēbra xp̄i domini nostri. Sed si hactenus deum in prouocatione ⁊ blasphemia offendistis facite thema preassumptum, Abijcientes omnem immundiciam ⁊c.



¶ Feria secunda: prime dominice aduentus. Sermo.xij.



Bijcientes oēm immundiciam ⁊c. Me insule expectabunt ⁊ brachiū meum sustinebunt. Leuate in celuȝ oculos vr̄os ⁊ videte sub terra deorsum. Esa.li.ca. Domini ⁊ fideles anime deuote heri post prandiū Lucas declarabat ꝙ semel videbimꝰ christum venientem ad nos iudicandū: ⁊ dixi ꝙ tempus preteritū male exposuimus: presens auteȝ tēpus currit ⁊ subito transit: ⁊ futurū tempus qđ venit est periculosuȝ. Restat ꝙ me insule expectabunt brachiū meū incarnatū ⁊c. Leuate in celum aspiciendo premia ⁊ respicite in terrā considerando damnatorum supplicia. Peccatores ad nos ponendum in bono statu ⁊ ad habendum premiū eternum nos sumus xp̄iani: nos habemus fidem. Dicit ergo esa. insule expectabunt id ē pagani habebunt fidē de me. De isto loquebatur Jacob patriarcha. Gen.xlix. Non auferetur sceptrum de iuda nec dux de femore eiꝰ donec veniat q̄ mittēdus est. Jacob ꝓphetauit ꝙ iste messias veniret de iuda et esset saluator. Sed dicetis: frater quid ē ꝙ debemus leuare oculos. Certe ad videndā gloriam. q̄m vt dicit Apost.i.Cor.ij. ⁊ Jsa. lxiiij. Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit q̄ preparauit deus his qui diligunt illuȝ. Et si spes non trahat nos ad bonum ⁊ dimittendū peccata nostra: dicit Esa. aspicite deorsum i terram ad considerandū coram oculis vestris retributionē peccatorum: ⁊ tunc videbitis ꝙ oēs qui sine baptismo moriuntur: sunt damnati: ⁊ similiter omnes qui i peccatis mortalibus: dicentes illud Sapi.v. Quid nobis profuit superbia aut diuitiaꝝ iactātia quid ꝓtulit nobis ⁊c.: ⁊ videbitis ibi dolores vt parturientis: vt ps. dicit. Vidistis vos dñi bullire vnq̄ falsos monetarios: vidistis excoriari hoīes. ponatis oēs penas huius vite insimul quas velletis sicut assari sup craticulam: cōburi in igne: omnes huius mundi pene cōparate: penis inferni non est nisi ros. Heu dicent mundani quid profuit nobis vita nostra mūdana. Heu dicent meretrices quid ꝓfuit nobis luxuria transierunt oēs delectationes vane. ⁊ nūc sumus dānate sine remissione: ⁊ habere talem penam post illa: o pctōres talis est casus futurus. Restat vt queramus remedium: q̄diu in hac vita sumus viuentes: q̄m ecclesia non ponit ante oculos nostros fletus patrū sine causa: sȝ inducit nos ad corrigendū vitas nostras. Ad qđ inducit nos thema propositū. Abijcientes omnem ⁊c. Quod vt facilius facere valeamus: ꝟginē mariā inuocabimꝰ dicendo. Aue maria ⁊c.

¶ Quantũ ad scdam p̃tẽ. Dñi leuate corda v̄ra si placet: maxie vos q̃ nõ purgastis cõsciãs v̄ras: volui vobis suadere q̃ deponeretis: oĩa pctã opis de falsitatib9 q̃s facitis emẽdo vel vẽdendo. Estis h̃ notarij: nũquid scitis vos falsitates q̃s facitis. ¶ Restat ḡ vndecimũ pctm̃ opis iusticie p̄sequutio. Fiunt eñi multa mala sub vmbra iusticie. Credo q̃ regi9 p̄pha hũit de illo noticiã dicẽs Usq̃quo iudicatis iniq̃tatẽ & facies pctõrũ sumitis. iudicate egeno & pupillo &c. Nõ est: qm̃ nõ est de9 p̄sonarũ acceptor: nec iudicabit in iniq̃tate &c. O pctõres illud est pctm̃ opis: p̄pt̃ qõ op3 purgari aut dãnari. Et dico q̃ est illõ qõ cõmittit̃ in curia parlamenti. vel castelleto & in alijs. Et illõ sciendũ ẽ q̃ in iudicio sunt quinq̃ p̄sone.
Persona iudicis.
Persona actoris.
Persona rei seu defensoris.
Persona aduocati.
Persona testis.
¶ De p̄ria h̃r.xi.q.iij.ca.q̃ttuor mõis. Et sũt v̄ba Grego.q̃ttuor mõis hũanũ iudiciũ p̄uertit̃: sc3 amore: cupiditate: timore: & odio Et nota do. Antho. florẽtinũ in sũma di. q̃ qñ p̄ ignorantiã iudicis p̄cedit̃ ad iniquam sniã3 tenet̃ ad restitutionẽ. Credo q̃ mlto plures iniq̃tates & plurima mala fiũt sub palliato amore vl' fauore qñ hĩs de cãis infert malã sniã3. Scdo p̄ rãcorẽ vl' odiũ. Tertio p̄ cupiditatẽ p̄ timorẽ. õ istis ẽt. ex. li. vi de sniã re iudi.c.cũ eterni. Uos dñi canõiste qñ p̄ncipiũ nõ est bonũ nõ est mirũ si residuũ nihil valeat. si iudex sit auar9 facile p̄uertit̃ iudiciũ. Jõ Jetro q̃ erat soci9 Moysi bon9 vir vt legit̃ Exo. xviij. Prouide õ oi plebe viros potẽtes & timẽtes deũ i q̃bus sit v̄itas & q̃ oderũt auariciã. ¶ Notetis ista v̄ba dñi: nõ dic̃ q̃ vẽderet officiũ q̃ vellet emere: s3 dic̃ ista v̄ba elige: nõ dic̃ ẽt q̃ eligeret indifferent̃ q̃scũq̃: s3 viros sapiẽtes qui oderũt auariciã & amãt v̄itatẽ. Nõ ei ad officiũ iudicature dñt assumi cupidi luxurio si & ifames p̄sone. Uos p̄res & m̃res nũquid emistis v̄ris filijs officia iudicature? Certe meli9 eẽt vob ponere eos ad custodiẽdũ porcos vl' boues q̃ fieri iudices: si nõ bñ se regãt i iudicio. Etiã est p̄sona actoris. Uos domicelle nõne placitatis 3 sorores vl' 3 p̄res & m̃res: & scitis vos h̃re malã cã3. Nũquid hẽtis legẽ naturalẽ dicẽtẽ. Nõ facias alijs &c. Si nõ eẽt nisi illa lex sufficeret ad nos ducendũ ad btĩtudinẽ. Op3 satisfacere ãt dãnari. Põt ẽt actor peccare p̄ponendo falsa testiomã. vide Tho. in. ij. ij. q. lxx. Jn ista mã volo dicẽ q̃ si nõ vultis dãnari o3 ista corrigere vt scitis p̄ticipes meriti icarnationis iux̃ thema dictũ. Abijcientes oẽm &c.

¶ Eadẽ die post p̄randiũ. Ser. xxxviij.

Abijcientes oẽm &c. Habẽtes fiduciã in sanguie xp̃i q̃ iniciauit nob viã nouã accedam9 cũ corde v̄o a asp̄si corda a p̄sciã mala. Heb. x. ¶ Dñi & aĩe deuote nos hũim9 hodie ẽm Lu. quõ Jsa. p̄p̄hisauerat xp̃o nato oẽs cognoscerẽt eũ. Ad p̄sĩgẽdũ istã mã3 cũ p̄cedẽte quã mane tractauim9 Accepi dcm̃ Pau. hi. Hñtes fiduciã &c. q. d. postq̃ q̃lib3 p̄t cognoscer̃ xp̃3 di. Pau. Accipiam9 fiduciã & spe3 vt possim9 h̃re p̄adisu3. Heu pau. quõ hẽbim9 spẽ: r̃ndet Pau. p̄ sanguinẽ ei9 q̃ iniciauit nouã viã nos hẽbim9 spẽ bonã ac fiduciã. De multis legim9 i sacra sc̃ptura q̃ habuerũt spẽ seu fiduciã s3 ñ bonã. Est aũt q̃dã fiducia maledcã &c. q̃dã v̄o p̄sũptuosa. q̃dã vana. De p̄ria Prou. xx Sic rugit9 leonis ita & fror regis q̃ p̄uocat eũ peccat i aĩa3 suã. De scda Ber. i ẽmone. Maledict9 q̃ peccat i spe. Eccl̃. viij. q2 nõ p̄fert̃ cito 3 malos snĩa absq̃ vllo tiore filij hoĩs p̄petrãt mala. De t̃tia Jsa. xxxvi. Cõfidis sup baculũ harũdineũ. O pctõres si velitis saluari o3 h̃re spẽ: s3 ñ maledictã. Jsta3 hñt mlti pctõres dormiẽtes i pctis suis credẽtes q̃ de9 dormiat: q2 ñ punit pctã eo2. Dicatis mihi domicelle q̃ hẽtis lenões v̄ros & vos blasphematores iniq̃ssimi q̃ro a vob in p̄sciã v̄ra si deus punisset vos qñ p̄ĩo incepistis peccare: q̃t eẽnt nũc viuẽtes i ista ciuitate. Si ḡ de9 vos expectat magnã gr̃a3 ac miã3 vob fac. iõ mag ac mag õberetis aĩa

ri ad ipm diligendū. Habetis legem ciui-
lem. C. de actionib⁹ ꝛ obligationib⁹. l. i. ꝙ
rex ꝯferens priuilegiū suis subditis debet
amari ꝛ honorari a suis subditis. Iste rex
qui dat priuilegiū est xp̄s q̄ expectat nos
ad missam. Alia est fiducia p̄sumptuosa. Do
mini sunt hic illi p̄sumptuosi q̄bus videt̄
ꝙ debeant habere paradisum eq̄ bene ac si
nunq̄ offendissent deū mortaliter. Si be-
ne examinarēt ꝯscias suas reperirēt ꝙ nū
q̄ fecerūt bonū ꝓpterea digni nō sunt glo
ria paradisi. Vñ Pau. ad Gal. vi. dicit. Que
seminauerit hō hec ꝛ metet. Qui semīat in
carne sua de carne ꝛ metet corruptionē: q̄
aūt seminat in spū de spū metet vitā eter-
nam. Vos dñi religiosi dicite mihi verita-
tem: ꝛ vos ecclesiastici creditis saluari: qꝛ
portatis vestimēta sanctitatis. O p̄sum-
ptio nequissima. Si em̄ cartusiēses q̄ ita be
ne viuunt ꝛ alij religiosi reformati timent
quid dꝫ esse de vobis pc̄tōribus: p̄sumptio
est dicere ꝙ saluabimini. certe est fiducia va
na ꝛ inutilis ꝯfidere in rebus apparentib⁹
de quibus loq̄tur Isa. ꝯfiditis sup̱ baculū
harundineū. baculus harundine⁹ nō habꝫ
vim ꝛ nullā hꝫ interius fortitudineꝫ sicut
sunt cōplures. Estis hic dñe iacobe q̄ habe
tis plures missas au croc: nūquid habetis
istaꝫ fiduciā. ꝛ vos religiosi qui ꝯfiditis su
per baculū harundineū: Volo dicere ꝙ q̄li
bet studeat mundare ꝯsciām suā ꝛ viuere
ſm vocationē suam ꝛ ponat se in tali statu
in quo vellet mori: ꝛ hoc mō ꝯfidet in dño
qui dabit sibi ſm spem suā: ꝛ hoc principa
liter debem⁹ in hoc sacro tp̱e facere. iuxta
Jacobi documentū. Abijciētes oēm ꝛc. Di
cemus pulchrū Aue.

¶ Abijcientes oēm ꝛc. More solito moue
tur q̄stio terminata in doctrina magistroꝝ
nostrorū theologorū ꝛ presertim a Scoto
dist. viij. tertij sententiaꝝ. Utruꝫ scꝫ in xp̄o
sint due filiationes. Rñdet Scotus sicut ī
xp̄o pōitur duplex natiuitas sic est duplex
filiatio. Est em̄ natiuitas eterna. de q̄ Isa.
liij. Generationē eius q̄s enarrabit: ꝛ nati
uitas tēporalis de q̄ Luce. ij. Natus ē ho-
die saluator mundi. Ita etiam duplex est fi
liatio: eterna ꝛ temporalis: nec seq̄tur sunt
due filiationes ergo duo filij: vel duo sup-
posita sicut non seq̄tur sortes est sciēs du-
as scientias: ergo sortes est duo sciētes.
Leuate capita vestra fuistis hodie mane i
indulgentijs q̄d dixerūt ꝯfessores vestri: nū
quid ꝙ faceretis dicere missas ꝛ ꝙ expedi-
rent vos: certe est maxima pietas: nō est a
liud in eccl̄ia q̄ auaricia. Gerson dicit ꝙ si
ipse esset curatus potius vellet ꝙ prochia
nus expectaret capere corpus christi de ca
pite anni vsq̄ ad aliud ꝛ ꝙ fuisset bene cō
fessus q̄ sic expedire. Leuate capita vestra
qui sunt q̄ vellent mori in statu in quo sūt
Estis hic meretrices q̄ tenuistis lupanaria
p̱ totam vitā vestram ꝛ fecistis filias vr̄as
meretrices sicut vos: ꝛ filios vestros leno-
nes maq̄reaulx gallice. Nunq̄d dicitis ꝙ
sufficit hr̄e vnū bonū suspiriū ad oēs dya-
bolos tale suspiriū. Dixi multos casus in q̄
bus nullus pōt ꝯdere testamentū. Restat
alius casus q̄ scribitur ad legem iuliā ma-
iestatis. l. quisq̄s. ꝛ in decreto. vi. q. i. ca. Si
q̄s cum militib⁹. q̄ cōmisit crimē lese maie
statis nō pōt condere testamentū ꝛ si ꝯdide
rit ipso iure annichilabitur. Rogo deū pec
catores ꝙ xp̄s non faciat nobis ita. Legi-
stis heu peccatores q̄d dicit amic⁹ dei moy
ses. Deute. xxxij. Gñatio praua atq̄ ꝑuer-
sa: heccine reddis dño pp̄le stulte ꝛ insipiēs
Seq̄tur. generatio ꝑuersa ꝛ infideles filij
ipsi me ꝓuocauerūt in eo q̄ nō erat deus ꝛ
irritauerūt in uanitatib⁹ suis: ꝛ ego ꝓuo-
cabo eos in eo q̄ nō ē ppl̄s ꝛ in gēte stulta
irritabo illos. Intelligatis pc̄tōres. de⁹ plā
git se de vobis q̄ estis a p̱te añ ꝛ retro ꝛ dic̄
Gñatio praua ꝛ infidelis ꝛc. ipsi me ꝓuo-
cauerūt. q. d. mihi displicet q̄re opꝫ eos ad
mortē ꝯdēnare. si ꝓpter pc̄tā opꝫ facere iu-
sticiā. O dñi q̄ habetis tunicas foderatas ꝛ
scuta ad ludendū in ista nocte sc̄tā: ꝛ domi-
celle q̄ oñditis mamillas vr̄as credo ꝙ hoc
sit ꝟitas q̄ vult exire: nunq̄d habet̄ spērā
ad ludendū in istis festiuitatib⁹. volo dice-
re pc̄tōres ꝙ leuet̄ corda vr̄a ꝛ ꝯsideret̄ ꝙ
tali die sicut erit crastina btā ꝟgo venit in
bethleē. Claudat̄ opatoria vr̄a. disponatis
ꝯsciam vr̄am p̱ ꝯfessionē. veniat̄ ad eccl̄iaꝫ
videat̄ in fide xp̄ꝫ flentē ꝛ dicite ei. Dñe ie-
su q̄ hodie fleuisti ꝓ me da mihi oīm pc̄tōꝝ
meoꝝ veniā: suscipe me īseruū tuū. ꝛ si hoc
feceritis ꝓmitto vobis ꝙ pcet vobis. iuxta
Jaco. documētum. Abijcientes oēm ꝛc.

¶ In isto sermone erunt due ptes:scz
Prima erit de incarnatõnis sacratissime p
funda dignitate.
Secũda erit de anime peccatricis virtuosa
purgatione.
¶ Quantũ ad primã partẽ dñi recordamini bene de sermonib⁹ preteritis. Nos habemus tria signa p que cognoscere possum⁹ ꝙ incarnatio xpi fuit pñtialr exhibita.
Primũ fuit de angelica annũciatiõe.
Secũdum de visitatione elizabeth.
Tertiũ de pdicatione iohãnis.
Restat dicere quartũ ꝛ est ratõnalis despõsatio. Et istud tangit in euãgelio vbi dicit. Cũ esset despõsata mater iesu ioseph anteꝙ conuenirent inuẽta est in vtero hñs de spũ sancto. Joseph vero vir ei⁹ cũ esset iust⁹ nollet eam traducere voluit occulte dimittere eã:tunc angel⁹ appuit ei dicẽs. Noli timere accipere mariã piugẽ tuã qd enĩ in ea natũ est de spũ sancto est. ¶ Leuate capita vr̃a. Estis hic vxorate mulieres pñtes si fitis p be in matrimonio vr̃o deus miserebit vr̃i: qr xp̃s voluit nasci sub vmbra:nõ est res sine magno misterio. Per h̃ enĩ xp̃s mrĩmoniũ approbauit. In euãgelio ponũtur tria verba quoꝝ quodlibꝫ valet vnũ põd⁹ auri. Sunt aũt ista tria. Jesus Maria Joseph. Sed q̃retis a me.pr̃ d: in euãgelio ꝙ anteꝙ virgo maria ꝛ ioseph pueniret: Ego maria fuit inuẽta pgnans. Videt beatus Lucas velle dicere ꝙ ioseph carnaliter cognouit virginẽ qd est erroneũ: qr virgo fuit in partu ante partũ ꝛ post partũ. Dico dñi ꝙ iste dictiones donec ꝛ anteꝙ aliqñ dicũt ordinẽ aliqñ purã priuationeꝫ sicut habet in psalmo. Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ ꝛc. Et i euãgelio donec pepit filiũ. ly donec ibi nõ dicit ordinẽ tpis sꝫ negationẽ actus:sicut d̃r de aliquo hoĩe. Iste fuit mortu⁹ anteꝙ ꝛc. Estis hic viri vxorati: Joseph videns mulierẽ suã pregnanteꝫ cũ esset certus ꝙ eaꝫ nõ cognouerat fuit zelotipus de ea cũ tñ esset iustus:qr ignorabat modũ.noluit eã accusare sed voluit eaꝫ solam dimittere ꝛ recedere. Dicũt ibi doctores ꝛ assignant rationẽ quare angelus apparuit d nocte ioseph ꝛ nõ marie. Thomas reddit aliquas causas in tertia pte.q.xxix. ar.i.vide ibi. In antiquo testamento quãdo filia desponsabatur stabant in sponsalib⁹ suis nõ fiebant ibi multe truffe que fiũt hodiernis diebus. Dicite mihi inveritate vos iuuenes mulieres en voz fiansailles gallice:sponsus vester nũquid visitauit vos aliquãdo.nũquid dedistis oscula: nũquid fecistis tactus impudicos:ꝛ vtinaꝫ non fuerit consecuta copula carnis. Nescio:forte cum alio ꝙ cũ spõso. Istos act⁹ nephãdos exercuistis dicentibus vobismetipsis oĩa imputabũtur marito. Heu heu deus quot mala fiunt in sponsalibus. Utinã haberem⁹ aures apertas ꝛ audiremus pueros ꝛ voces pueroꝝ in latrinis proiectoꝝ ꝛ in fluminibus ꝛc. Sunt ne ibi mulieres ꝛ sacerdotes qui dicũt ꝙ mulieres comedentes venenũ ad expellendũ materiã de matrice sua ne fetus veniat ad portã anteꝙ aĩa rationalis introducatur non peccant mortaliter. Heu heu ꝙ graue peccatũ est istud.ꝛ ꝙ istud sit verũ ostendã vobis exemplo ꝛ auctoritatibus multis. ponatis ꝙ habeatis vnaꝫ pomũ in orto vestro cũ floribus ꝛ veniat truffator q̃ deponat omnes flores:nũquid tantũ malũ facit sic si remoueret fructũ.dico ꝙ sic. Eodẽ mõ est de muliere pcurante abortum. Et si mulier moreret in tali statu diabolus eã importaret. Habetis ad hoc textũ extra de homicidio casuali vel voluntario in antiquis in ca.si aliqs.ꝙ homicida est q̃ facit sortilegia causa sterilitatis vel ministrat sibi venena. Uos iuuenes mlĩeres recordabimĩ illoꝝ que dixi vobis. Quãdo spõsi ante nuptias veniũt ad vos: nolite pmittere ꝙ faciant illas truffas quas cõmunit faciũt:quoniã post nuptias improperabũt vobis ꝛ dicunt ꝙ similiter potestis facere cũ vno alio ꝛ vocabũt vos pallardas meretrices ꝛc. Heu pctõres ista non fiebant tpe virginis. ꝛ tamen ſm beatũ Chris.ꝙ pmũ filia erat desponsata cũ marito suo ducebatur ad domũ mariti ꝛ viuebãt ibi honestissime nec dormiebant simul vsꝙ ad dieꝫ nuptiarũ. Beatus etiã Chrisostomus dicit ꝙ postꝙ angelus nũciauit marie ꝙ conciperet xp̃m ꝛ ꝙ elizabeth erat pregnans etꝙ infra tres menses debebat parere. Tũc beatissima virgo venit ad ioseph ꝛ dixit ei. Joseph sponse mi ego intelligo ꝙ consobrina mea debet parere ꝛ non habet qui sibi ser-

uiat rogo vos ꝙ detis mihi licentiā eundi
ad visitandū illam: tunc consensit ⁊ iuit in
montana ⁊ mansit cū elizabeth tribus mē-
sibus: ⁊ post tres menses rediit ad ioseph:
tunc ioseph videns eam pregnantē timuit.
Non eñ credebat ꝙ virgo parere posset ⁊c.
Ideo voluit occulte ⁊c. Sꝫ angel⁹ venit no
cte dicēs ⁊c. Est tñ aduertendū ꝙ btā virgo
significauit sibi ꝙ illud qd̄ erat in ea de spū
sctō erat: ⁊ cū non posset respondere ioseph
voluit eā occulte dimittere. ¶ Querit ibi do
ctores vtrū fuerit veruꝫ matrimoniū inter
mariā ⁊ ioseph: dicit Tho.iij.pte.q.xxix.ar.
ij. ꝙ sic ꝙuis virgo fecisset votū virginitatꝭ
tñ totū negociū cōmittebat deo. Fuerat tñ
assecurata p angelū ꝙ nunꝙ esset sollicita
ta ab ipso ioseph: ⁊ ideo emiserat votū qd̄
tenebatur cōplere. Filia ei q̄ in duodecimo
anno emittit votū virginitatꝭ ⁊ fili⁹ in.xiiij.
anno dñt adimplere votū ⁊ nō possunt con
trahere matrimoniū nisi p dispensationem
pape. Querunt adhuc doctores quare ergo
virgo cōtraxit mrīmoniū: dico ſm.b.Tho.
iij.pte.q.xxix.ar.i. ppter qnqꝫ causas.
Prima ex parte prolis.
Secūda ex parte matris.
Tertia ex parte hostis.
Quarta ex parte xp̄ianitatis.
Quīta ex pte mrīmonij cōiugalis.
¶ Pria ergo cā fuit ex parte prolis: qꝛ iudei
habuissent occasionē obiiciendi sibi ꝙ fuis-
set spurius ⁊ nō messias in lege pmissus.
Secūda causa ppter honorē matris: ⁊ hoc
dicit beatus Ambrosi⁹ super lucā. Si eniꝫ
ñ habuisset maritū potuissēt sibi īpropera
re meretriciū. Tertia ppter demonē vt scilꝫ
misteriū incarnationis demoni celaretur et
istud mirabile est. Quomō demoni non po
tuit cognoscere eius integritatē ppter itel-
lectus perspicacitatem: ⁊ nulli dubiū qn di
abolus cognouisset si deus voluisset coope
rari sed qꝛ deus noluit concurrere ideo fuit
inscius misterij sacratissimi. Quarta ratio
ex parte xp̄ianitatis vt scilꝫ maritus beate
virginis esset testis de integritate ipsi⁹ vir-
ginis ⁊ ipse ioseph fieret certus per reuela
tionē angeli. Quīta causa fuit ſm August.
ad honorandum sacramentū matrimonij.
Vos pauperes mulieres vtinaꝫ essetis ta-
les in matrimonio sicut virgo fuit ⁊ serua-
retis matrimoniū tam sanctū ⁊ taꝫ sacruꝫ
sicut maria ⁊ ioseph. Aliqui superaddūt sex
tam causaꝫ ⁊ dicūt ꝙ ad honorandū ioseph
Decebat eī vt ipse ioseph qui erat virgo nu
beret virgini ppter excellentiā virginitatꝭ.
Vos mulieres ad quē sanctum habetis de
uotionē: ⁊ dñi vxorati estis zelotipi: cōmē
detꝭ vos btō ioseph: credo ꝙ post virginē in
ter om̄es sanctos ioseph est proximus deo.
Si eñ iohānes euangelista reputatur san
ctus ⁊ amicus dei: quia xp̄us cōmendauit
sibi matrē in cruce: ꝙtomagis ioseph est di
gnior cui non soluꝫ deus cōmendauit ma-
trem sed eā sibi dedit in sponsaꝫ. Si eñ ali
quis presidens vellet nubere filiā suaꝫ non
daret nisi nobili viro. Si reputamus iohā
neꝫ baptistā amicū dei: quia ostendit digito
christū ⁊ euꝫ baptisauit: tantomagis de io
seph qui brachijs portauit xp̄m ⁊ nutriuit
Possunt igitur quattuor rōnes ostendi p
pter quas excellit alios sanctos.
Primo ratione cōiugationis: quia vir ma-
rie. Math.i.
Secūdo ratione subiectōis: quia xp̄us erat
illi subditus. Luce.ij.
Tertio ratōe familiaritatis: ego ⁊ pater tu⁹
dolentes.
Quarto rōne diuturnitatis: qꝛ vsqꝫ ad ānū
xxxiij. xp̄s fuit in eo cōuersatus vt dicūt cō
munit doctores. Volo dicere o peccatores
ꝙ honoretis ioseph vt suis meritis habea
tis gratiam bene operandi ⁊ mūdandi con
sciencias vestras, iuxta be. Ja. documentū.
Abiicientes oēm īmundiciā ⁊c.
¶ Quantū ad secūdā ptem pauperes leua
te capita. vultis saluari vultꝭ digne recipere
xp̄ꝫ postcras. venditis vnū p alio: p̄statis
ad vsurā: facitis mixtiones malas. Caue-
te qꝛ deus videt vos. ad Hebre.iiij. Oīa nu
da ⁊ aperta sunt oculis ei⁹. Dixi vobis heri
ꝙ sub vmbra iusticie cōmittūtur multa ma
la. Dixi de psona iudicis ⁊ actoris. Et vos
domicelle nūquid habetꝭ maritos de curia:
nūquid īterponitis vos de facto eoꝝ: inter
ponatis vos de vostre quenoille. Vos dñi
q̄ vaditis ad cōmissiōes q̄d lucrami in die:
quot leucas facitis: quid comeditis in die:
quot testes auditis duꝫ estis supra locum:
Dicā vobis dñi Paulus ad Roma.xi. dicit
ꝙ deus scripsit vnā legem in cordibus no-

stris et ubi nõ eẽt lex scripta nisi illa adhuc sufficeret ad cognoscendũ si facimus bonũ aut malũ. Quero igit a vobis si debeãt facere expensas vni presidẽti vel cõsiliario vel letis ꝙ faceret tam magnas expensas et ꝙ tas lente ꝑcederet in facto: certe dicetis credo ꝙ nõ. Sed dicetis mihi. pater iste mod⁹ faciendi est stilus curie: et ista faciũt oẽs. Dico ꝙ hoc nõ prohibet qn sit graue pctm̃ qr leges humane non ꝓhibent oĩa neqȝ oĩa peccata. Deu peccatores deus videt aĩm vestruȝ et cor: et iniquas cogitatiões vestras. Audiuistis quid dixi heri qui dñt eligi ad officiũ iudiciale. allegabã vobis heri illud Exodi. xviij. de Jetro qui ꝯsuluit moysi ꝙ eligeret viros probos non sectantes auaricias etc. Aliud est peccatũ operis quod vocatur falsa aduocatio. de peni. dist. v. c. negotiũ. et sunt verba Gregorij homel. xxiiij. dicitur ꝙ sunt multa negocia que vix possũt exerceri sine peccato. Et hostieñ. etiã Thomas in. iiij. ibi enumerat qnqȝ inter que ponit officiũ aduocatiõis quod est periculosissimũ. ¶ Leuate capita vestra. Ego nolo dicere dñi qn aduocatus si faciat quod debet possit saluari: sȝ dico cũ difficultate. ¶ Sũt eñi aliqui boni aduocati scȝ xp̄us. i. Joh. ij. Aduocatuȝ habemus apud patrem. similiter virgo de qua dicit ecclesia. Eya ergo aduocata etc. Sed sunt aliqui mali aduocati qui sunt filij diaboli. sicut ei dicitur tortor qui pendet hoĩes et sutor qui facit tunicas vel vestes: sic ille qui opera diaboli facit est diabolus vel filius diaboli. Dicite domini in conscientia vestra nũquid est officiũ diaboli mentiri ad decipienduȝ aliquẽ. nũquid ħ faciunt multi aduocati falsi. Uos dñi aduocati nũquid allegatis leges ad peruertendum iudiciũ: nunquid corrũpitis textuȝ q̃ tuȝ potestis: nũquid formatis appellationes cõtra deũ et cõtra conscientiã ad destruendũ partẽ aduersam: nũquid requiritis iudicem dare sententiã iniquã. Nũquid capitis pecunias ab vtraqȝ parte. Respicite legem ciuilem. C. de iudicijs. C. de aduocatis vbi dicunt doctores ꝙ aduocatus debet habere tres ꝯditiones et hoc de necessitate salutis. Prima est scientia. Secũda est fidelitas. Tertia est diligentia.

¶ Uide ista in roberto de peccatis ad longuȝ et multa alia que sunt necessaria ad ꝑsentem materiã. Deu domicelle habẽtes maritos aduocatos: portatis zonas aureas de deceptiõibus diaboli mariti vestri: et cathenas argenteas et les rubans cum pater noster de auro vel de get: melius esset vobis habere bubulcũ maritũ q̃ illũ. Suadeo vobis si vultis saluari iuxta beati iacobi documẽtuȝ thema preassumptuȝ. Abijcientes oẽm immũdiciam etc.

¶ In vigilia natiuitatis domini. Sermo. xxxix.



Abijcientes omnẽ immũdiciam etc. Dñs dabit benignitateȝ et terra nostra dabit fructum suum. ps. lxxxiiij. ¶ Domini et anime deuote gloriosus dei amicus beatus Paulus dicebat nobis heri ꝙ haberem⁹ speȝ et fiduciã et q̃ iremus paradisuȝ per meritum passionis christi et sanguis eius totaliter in terra effusi. bona corda et boni spiritus possent nũc querere vbi possemus reperire xp̄m et vnde venit et quõ venit. Ad istã q̃stionẽ respõdet ꝓpheta Regius dicẽs. Dñs dabit benignitatẽ ex sũma et diuĩa ꝯdescẽtione et terra nr̃a. i. btã virgo dabit fructũ suũ oĩbus gẽtib⁹ desideratissimũ. De isto habem⁹ figurã. Gen. xv. Ubi dixit dñs abrahe. i gñatiõe quarta reuertẽtur huc. filij abrahe fuerũt in egytũ: et moyses reduxit eos in terrã ꝓmissionis. Ego libenter q̃rerẽ moysi q̃d repñtat nobis illa quarta gñatio spũalr et allegorice. dico repñtat nobis q̃druplicẽ modũ ꝓducẽdi hoĩem.
Prim⁹ est sine viro et muliere vt adam.
Secũd⁹ est de viro sine muliere vt eua.
Terti⁹ ẽ de viro et muliere vt hoĩes oẽs et mulieres. Quart⁹ ẽ de muliere sine viro vt saluator de ventre ꝟgĩali. Et tũc terra nr̃a dedit fructũ suũ. Terra sigt btãm virgineȝ. hȝ terra tres cõditiões Pria qr oĩm elemẽtorꝫ ẽ ĩfima. Scd̃a ẽ soliditate stabilissima. Tertia est arida nisi sit rore irrigata. Sic beatissima virgo maria fuit primo infima ꝑ humilitatem et ꝓfunditatem. fuit solidissima per cũstantiã et virginitatem: fuit arida per carentiam desiderij mundani; sed

fuit irrigata p spūssancti rorem seu gratiā. De pmo. Eccli.xvi. Deus in terrā respexit & impleuit illā bonis suis.i.gratijs in sua conceptōe in sua natiuitate & in filij sui incarnatione. De secūdo ps. Fūdasti terrā super stabilitatē suā nō inclinaf in seculū seculi. Et hoc maxime patuit in passione xpi: qr in ea sola remansit fides aplīs titubantibus. De tertio Gen.i. Terra aūt erat inanis & vacua. & post. germinet terra herbā virentem & facientē fructū. Sed qretis a me: quē fructū portauit: dico q ille fruct habuit tres qualitates preciosissimas & dignissimas.

Prima q fuit speciosus in natiuitate & cōuersatione: qr sicut sol exiuit.

Secūda q fuit preciosus in doctrina & predicatione.

Tertia q fuit copiosissimus in passiōe & redemptione.

¶ De pmo. Eccl.xxiiij. Ego.qsi vitis fructificaui suauitatē odoris. De secūdo. Canti.ij. Sub vmbra illi quē desiderabā sedi & fructus eius dulcis gutturi meo. De tertio. Canti.vij. Ascendā in palmā & apphendā fruct ei. & ps. Apud dn̄z mīa & copiosa &c. ¶ Leuate capita vrā. dn̄i nūqd comedistis libenter de bono fructu pserti qn̄ ē dulcis gutturi et ē boni odoris. Audeo dicere q nūq fuit fructus tā bon sicut fruct vteri virgīs marie Jō ecclīa instituit festū natiuitatis vt disponam ad gustādū & comedendū illū fructū de det nob grām. Ad h est ad qd hortaf iacobi documentū. Abijcientes &c. vt aūt hoc facilius & digni possim adipisci iplorabimus grām spūssancti p intercessionē virginis marie cui dicemus. Aue.

¶ Abijcientes oēm &c. More solito mouef qstio termiata i doctria magistro nostrorū theologo & pserti a.b. Tho.iij.parte.q. xxv. & Bon.dist.ix.iij.q.iij. Utrū honor xpo debit sit honor latrie seu seruitutis & h bm naturā hūanā. Et ista qstio mouef p eo q pastores venerūt adorare puerū. Ad itelligendū psentē qstionē tria opz intelligere. Prīo qd ē latria. Scdō quot mōis pt cōsiderari hūanitas xpi. Tertio opz rn̄dere ad questionē. De pmo aduertendū ē q istō nomen latria ē nomē grecū: & in latino significat seruitutē siue cultuz. Est aūt latria act iusticie q vocaf religio seruitus: vel pietas in latino. De ista scribif. Deut.iiij. & Mat. iiij. Dn̄m deū tuū adorabis & illi soli suies seruitute.s.q est latria. Scdō est aduertedū qd xpi hūanitas pt duob modis ɔsiderari Uno mō vt separata a diuinitate. Alio mō vt cōiuncta diuinitati. Dicūt pmo doctores sic q in eodē honore honoref rex & tunica & vestimētū: sic hūanitas xpi bm q ɔiungif diuinitati est adorāda adoratōe latrie. etiā dicit Scot q si nō tanq qd s tanq quo. Sicut em̄ genu flectio exhibef tunice regi qn̄ actu eā hz sup corp suū. Sed si tunica regis eēt in camera regis ipso stāte in ecclīa nō deberef sibi talis honor: sic etiā hūanitati separate a diuinitate nō debef honor latrie. Leuetis capita dn̄i gaudissetis iudei si isto sero haberetis ne qdringētas petias auri ad ludendū: cogitastis ne ad vos disponēdū: O peccatores si mors veniret sup caput vrm: qd esset de vobis. Dixim heri p legē ciuilē q crimiosus nō pt cōdere testamētū. Sic nec ille q est in pctō mortali. Diceres forte pr ego non sū traditor neq pditor: nō spo saluari. Habetis. ff. de inoffi. testa. l. de statu q dubius de statu suo nō pōt testari. nec etiaz incarcerati. Ad h est regula iuris lib. vi. q nemo pōt plus iuris in aliū transferre q sibi cōpetere dignoscaf. Casus ē patēs: flamingi ceperūt atrabatū: ceperūt multos q erāt de extraneis ptib & sūt in carcerib. Unus est q nescit an sit seruilis cōditionis vel liber. tn̄ ille hz pauca bona & vult condere testamentū. dicit lex ciuilis q nō pōt. Simile ē religioso q post annū approbatiōis recedit & apostata monasterio q fecerat pfessionē tacitam nō expssam: talis si cōgregat bona nō pōt cōdere testamentuz. Sic estis vos peccatatores expectātes facere bonuz vsq ad mortē: estis scripti i libris diabolorū p totā vitā vestrā. eccles. ix. Sūt iusti atq sapiētes & opa eo in manu dei sūt. seqf & tn̄ nescit homo an amore vel odio dign sit & seqtur s oīa in futurū seruantur incerta. Uos dn̄i qui vaditis ad lupanar multi sunt sapientes & sunt opera eo ante deū & nescit aliquis vtruz erit saluatus vel dānatus. ¶ Inclinate frōtes vrās: qr nullus pt dicere saluabor: s solū sciem quādo erimus in morte cū sententia erit data super nos &

cum sciemus nō erit plus remediū.heu peccatores postq̄ status noster est sic periculosus. Emendetis vos ꝛ deus dabit vob̄ suā miam. Ad illam habendam oportet facere iuxta beati Jacobi documentū. Abijcientes oēm immundiciā ꝛc.

¶ In isto sermone erūt due ptes ṗncipales

Prima erit de incarnatōis sacratissime profunda dignitate.

Secūda erit de peccatricis anime virtuosa purgatione.

¶ Quantū ad primā vidimus quattuor signa p que cognoscim⁹ q̄ xp̄i incarnatio est mirabiliter exhibita. Restat declarare quintuȝ qd̄ est gaudiosa virginis ꝑturitio. Refert beatissimus Lucas in euangelio qd̄ in media nocte celebratur exijt edictū a cesare augusto vt describeret̄ vniuersus orb̄. Tūc ioseph ascendit a galilea cū maria pregnāte vt ꝯfiterentur in ciuitatē suā bethleeȝ. ꝛ factū est dū ibi essent. Impleti sunt dies vt pareret ꝛ peperit filiū suū ṗmogenitū ꝛ pānis inuoluit ꝛ reclinauit ī presepio: quia nō erat ei locus in diuersorio. ¶ Ad sacrū misteriū intelligenduȝ tria circa natiuitatem christi insinuantur,

Tempus.

Locus.

Et modus.

¶ De primo. Math. xxv. Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit. tp̄s igit̄ in media nocte. De secundo. Michee. v. Tu bethleeȝ terra iuda nequaq̄ minima ee in principib⁹ iuda. De tertio. iij. Regū. vltimo Rex mutauit habitū suū ꝛ intrauit bellū. Diximus in superiorib⁹ q̄ incarnatio q̄nq̄ signis sensibilibus fuit ostensa. Restat q̄ntū scȝ gaudiosa parturitio quo ad tp̄s quo ad locū quo ad moduȝ. Dn̄i vadatis ad matutinas audietis a diacono in missa medie noctis q̄ impator octouian⁹ mādauit q̄ describeret̄ vniuersus orbis ad sciendū q̄t habebat villas ꝛ castella ꝛ subditos: ꝛ ponerent̄ oīa in scriptis. Tūc ioseph dixit virgini q̄ oportebat obedire p̄cepto impatoris: ꝛ ire bethleē de qua ioseph erat natus. Erat bethleem parua villa sita p duo miliaria a hierusalē sicut distat villa sancti dionysij a villa parisij. Quādo venerūt bethleem non potuerūt iuenire hospitiū vbi ioseph ꝛ maria possent hospitari. Ideo venerūt ad fallā ciuitatis q̄ erat locus cōmunis vndiq̄ apertus. super quo beatissimus Bernardus de natiuitate xp̄i dicit. Expergiscimī o peccatores ꝛ letamī vos q̄ in sordibus vestris et pauptatibus nutrimī gaudete ꝛ contēplamini regem celi ꝛ terre. nō in regali solio ꝛ mūdi p̄opa: sed in vili stabulo ꝛ iumentoruȝ p̄sepio collocatū. Vos paupes religiosi mēdicantes q̄ elegistis statuȝ pauptatis ꝑpt deū ꝛ contēpsistis oīa: gaudete (inquit bernardus) ꝛ videte in spū contēplationis regem vestrū xp̄m nō elegisse palacia grādia sed stabulū iumentoꝝ. Tunc ergo ioseph ꝛ maria q̄ erat iuuenis etatis. xiiij. vl̄ xv. annoꝝ venerūt ad forū. ꝛ tunc ipleti sūt dies vt pareret ꝛ peperit dū om̄es dormirēt: scȝ in media nocte. ¶ Sed q̄retis mihi vtrū virgo habuerit dolorē: vel vtrū mutauerit colorē q̄ facta fuerit pallida? Dico q̄ non. dicūt doctores contēplatiui: q̄ in instanti ꝑturitionis quidā fulgor redundabat ad faciem virginis adeo magn⁹: q̄ ioseph eā videre nō poterat: ꝛ illo fulgore durante sine dolore ꝛ sine reddendo aliquā materiā supfluā: etiā sine frangēdo claustra virginitatis edidit saluatorē. Sicut em̄ radius solis trāsit per vitrū nō frangendo vitrū: sic etiā beata virgo maria genuit xp̄m sine fractione, De qua natiuitate cantat ecclesia in officio crastine diei. Descendit de celis de⁹ verus a patre genit⁹ introiuit in vterū virginis nobis vt appareret visibilis indut⁹ carne humana: ꝛ exiuit p clausaȝ portā de⁹ ꝛ homo lux ꝛ vita cōditor mūdi. Et in vna alia antiphona dr̄. Genuit puerpera regeȝ: cui nomen eternū ꝛ gaudiū matris habens cum virginitatis honore: nec primā similē visa est: nec habere sequentē. Filie hierusaleȝ q̄d me admiramī? diuinū est misterium hoc qd̄ cernitis. Sed queretis a me. Pater quid fecit xp̄o virgo maria? Dico q̄ postq̄ ipsuȝ recepit in manus suas sine adiutorio cuiuscū q̄ obstetricis ipsa puerū portantē ꝛ similē vocē alijs emittentē reclinauit in presepio Et quē genuit adorauit: vt cantat ecclesia.

¶ Ex isto possumus elicere: q̄ circa pueruȝ maria quattuor fecit.

Primo puerū ꝓprijs manibus suscepit,

Secūdo eum deosculata fuit,

Tertio pannis inuolutum in presepio re-
clinauit.
Quarto quē reclinauerat adorauit.
¶ Sed queretis a me: pater cur dicit euan-
gelista Lucas ꝛ nō erat loc⁹ ei in diuersorio
honestior ꝙ super fenū? Dicit glosa. Ideo re
clinauit in presepio: qꝛ non erat locus in di
uersorio. Ideo ad excusandū beatā virginē
hoc dicit beatus Lucas.q.d. Aīe deuote nō
sitis male cōtente de beata virgine: qꝛ posu
it deū redemptorē vestrū super fenū: qꝛ nō
erat locus ei in diuersorio. Hoc dicit eccl'ia.
Feno iacere pertulit: presepe non abhorru-
it ꝛc. Non erat domus christi tapetis orna-
ta: non habebat cortinas: nec grossa pului-
naria: nihil erat nisi modicū de feno super
quo iacuit xp̄us. Sed quid plus ysa.i. Co-
gnouit bos possessorē suū ꝛc. Secūdū chri
sostomū. Nutu dei bos ꝛ asinus genua fle-
xerūt. Heu pauperes pctōres quā vitā du-
citis hodie? nūquid auditis ꝙ bos cogno-
uit: ꝛ etiā asinus dn̄m suū: ꝛ suo ālelitu ca-
lefaciebant carnē pueri. ꝛ vos iterū crucifi
gitis eū cum blasphemijs ꝛ cōtumelijs: et
sic de similibus. Et sequit̄: ꝙ pastores erāt
vigilantes sup̄ gregē suū. ꝛ facta ē lux ma
gna in natiuitate xp̄i vt putaret̄ nox dies.
Et tunc venit angelus ad pastores dicens.
Annūcio vobis gaudiū magnū: quia natus
est saluator mūdi. Et tunc dixerūt. Transe
amus vsq₃ bethleem: ꝛ videamus verbū
quod factū est. ¶ Gregorius facit qstionem
ī homelia hodierna. Cur nascēte dn̄o mūd⁹
describitur. Respōdet ꝙ nato dn̄o mūdus
describitur ad ostendendū: ꝙ iste qui debe-
ret scribere electos in eternitate est in mun
do natus. ad Ephe.vi. Ipe est pax nostra q̄
fecit vtraq₃ vnū. Libri antē in quib⁹ electi
scribūtur: est mens diuina approbās facta
bonorum. de quo libro Apoc.xx. Liber aptus
est q̄ est liber vite. Sciendū ꝙ xp̄s nocte na
tus est tribus de causis.
Primo ad denotandū expulsionē culpe.
Secundo ad representandū assumptionē
miserie.
Tertio ad insinuandū collationē gratie.
¶ De primo. ysaie.ix. Populus qui ambula
bat in tenebris vidit lucē magnā. De secun
do. Job.xiij. Homo natus de muliere ꝛc.
De tertio. Johan.i. De plenitudine eius ac-
cepius. Natus est et xp̄s in bethleē. ꝛ inter
pretatur domus panis. Christus est panis
Johā.vi. Ego sum panis viuus ꝛc. Sz q̄d
est illud diuersoriū? diuersoriū d̄r de diuer
to diuertis. Nos religiosi sum⁹ in diuerso-
rio q̄n diuertim⁹ a mūdo ꝛ venimus in re-
ligionē. Istud diuersoriū erat ab vtraq₃ p
te apertum: qꝛ religio xp̄iana nulli claudit
gremiū suū. Canticorum.vi. Una est colūba
mea perfecta mea. ꝛ sic xp̄s intrauit habitū
sicut rex israel intrando bellū: qꝛ ipse q̄ erat
rex regū ꝛ dn̄s dominātiū paucissimis pā
nis inuolutus fuit. Heu paupes pctōres:
nūquid ↄsiderabitis ista nocte? ibitis ad co
medendū trippas post missā medie noctis?
Nūquid audietis tres missas? Tres misse
repn̄sentant tres statūs. Prima repn̄tat sta
tū ante legem. Secūda sub lege. Tertia sta
tū legis gratie. Uel s̄m aliquos. Prima si
gnificat statū virginū. Secūda statū coniu
gatorum. Tertia statū continentiū. Uolo dice
re ꝙ agatis grās deo ꝛ grātis sibi mīa: vt
sitis pricipes sue sanctissime ꝛ bn̄dicte nati
uitatis. Juxta bea. Jaco. documentum.
Abijcientes oēm immūdiciam ꝛc.
¶ Quantū ad secūdam partē. Dn̄i nos pos
sumus oīa dicere tēpore paruo. diximus d̄
multis peccatis op̄is ꝛ vsq₃ nunc diximus
xij. ꝛ de malicijs q̄ sunt sub vmbra iusticie
Et heri diximus de cautelis aduocatorum: de
malicia ꝛ duplicitate eorum. Nūc vero de. xiij.
peccato operis dicendū est. Detestanda lu-
dorum abusione: scz viso ꝙ fiunt multe disso-
lutiones: multe blasphemie: multe decepti
ones an sit licitū ludere. Aristoteles quito
ethicorum dicit: ꝙ ex recreatione nature hūa-
ne constitute ex diuersis partibus necessa-
ria est recreatio aliqua (q̄uis parua) quē-
admodū ad cibū condiendū requiritur mo-
dicū salis. Ideo paganus Aristoteles pone
bat vnā virtutē moralē que vocabatur eu
trapelia ꝛ habens eā potest eutrapelus vo
cari. Et de ista virtute loquitur moralis ca
tho dicens. Interpone tuis interdū gaudia
curis. Queratis a me pater an liceat ludere
oībus ludis quibus nobis placet? Uos do
mini ecclesiastici qui habetis tot ꝛ tanta bo
na propter illum homiem pendentē in cru
ce non debetis ludere. Aristoteles pagan⁹:
qui nunꝙ cognouit incarnationē christi ex

presse diceret ꝙ non: ꝙtomagis dare bona crucifixi meretricib⁹ est maluꝫ. Audite paulūꝫ ad Ephe. v. Fornicatio ⁊ oīs immundicia aut auaricia nō nominet in vobis sicut decet sanctos. Aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas q̄ ad rem nō ptinet sed magis gratiarū actio. q. d. ꝙ illa non decet hominē ecclesiasticuꝫ in quibus deus potest offendi. Tamen beatus thomas in. ij. ij. q. clxviij. dicit licitum est ludere tribus conditionib⁹ obseruatis.

Prima est ꝙ deus nō offendatur.

Secūda est ꝙ proximus nō dānificetur.

Tertia est ꝙ tps deo dedicatuꝫ ex precepto in ludo nō exponatur.

¶ Omnes ergo ludi qui sunt contra dn̄m ⁊ preceptum eius ⁊ tendunt ad luxuriā sunt peccata mortalia. Uos domicelle nūquid libēter prestatis aures garsonibus. Et vos gaudisseri qui chorisatis coram domicellis ⁊ cantilenas inhonestas dicitis. Heu paupperes peccatores miror ꝙ terra non abscorbet vos. Nunquid capitis cameram in inferno traditores miseri dānati. Audite dictū omniū doctoꝝ: ꝙ oīs sors vel ludus vbi deus dehonestatur est dānabilis. Secundo quando dānificatur proximus. Posito casu ꝙ sit aliquis iuuenis qui habeat duo scuta de matre sua ⁊ tu lucraris sibi. Dico ꝙ teneris sub pena dānationis ad restituenduꝫ. quando trahitis aliqueꝫ ad ludenduꝫ dicendo per deum nos ludem⁹ vnū ludū: ⁊ tu tenes eum vsq̧ ad mediā noctē tu teneris restituere vel dānari. Similiter quando sunt duo pipeurs gallice: ⁊ vnus facit signuꝫ alteri ad decipiendū: tenent ad restitutionē. Tertio est peccatuꝫ ludere quādo debemus deo seruire: vt audire missam vesperas ⁊c. et breuiter omnis ludus d̄ hasart sicut au glic aux deꝫ: ⁊ sic de alijs est phibitus ⁊ presertim ecclesiasticis: vt habetur. xxxv. distin. episcopus ⁊ diaconus cbrietati deseruiēs deponatur. Ad hoc facit lex ciuilis. ff. de alleatoribus per totum. Quis enī diceret blasphemias verbera odia que per ludum eueniūt non esse peccatum? Credo ꝙ nullus: dico tamē ꝙ si aliquis ludat pro recreatione pro pinta vini vel cena sine iuramento non est peccatū mortale licet sit veniale. Uolo ergo dicere ꝙ omnes dispónant se ad recipiendum gratiam spirit⁹ sancti. Iuxta thema preassumptū. Abijcientes oēm imundiciam ⁊c.

¶ In die natiuitat̄ dn̄i de mane. Ser. xl.



Abijcientes omnē immūdiciam ⁊c. Fluui⁹ egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradisū. Gen. ij.

¶ Dn̄i ⁊ aīe deuote nos habem⁹ hodie natiuitatem sacram illius quē tam diu expectauerunt patres antiqui. Sꝫ queretis mihi dn̄i de quo seruit illa natiuitas. Moyses qui scripturam ordinauit respondet dicens. Fluuius egrediebat de loco voluptatis. Et sic ibi tria tangūtur.

Primo dignitas pcedentis: q: fluui⁹.

Secundo sublimitas parentis: q: egrediebatur de loco voluptatis: scꝫ de virgīe maria p natiuitatē temporalē: vel a deo patre p eternā generationē.

Tertio vtilitas recipiētis miam: q: ad irrigandū paradisum.

¶ Fluui⁹ egrediebat de loco. Leuate capita vr̄a dn̄i. Jesus est fluui⁹ q̄ existit de loco voluptat̄. Cōparat fluuio ppt tres fluuij pprietates ⁊ similitudīes. Est ei xp̄s fluui⁹.

Primo gratie ad mūdandū pctm̄.

Scd̄o sapiētie ad tenebras depellendum.

Tertio glorie ad appetitū totalr satiandū.

¶ De primo ps. Flumīs impet⁹ letificat ciuitatē dei. De secūdo. Apoca. xxij. Ostendit mihi fluuiū aq̄ viue splēdidū tanq̧ cristallū. De tertio. danielis. vij. Fluui⁹ igne⁹ rapidusq̧ p charitatē ⁊ amorē egrediebat a facie eius. ¶ Leuate capita dn̄i respicite xp̄m quē i tali nocte sic hodie vgo pepit ⁊ posuit ī psepio. Ille fluui⁹ ē fluui⁹ grē ad mūdādū pctm̄. Sapiētie ad illumiandū. Sꝫ q̄retis a me glīe ad satiādū. Un̄ venit ille fluui⁹? dico ꝙ egrediebat de loco voluptat̄ et de plaisāce gallice. Ille ē hort⁹ de q̄ Canti. iiij. Hort⁹ pclus⁹ fōs signat⁹. Ben. in q̄daꝫ ser. Beatissima vgo hort⁹ dliciaꝝ tu es ad quē deflorandū man⁹ peccatoꝝ nō accessit. Fluuius venit de horto deliciarū ⁊ est vgo: q: sicut in horto sūt diuersi flores herbe ⁊ arbores: sic in beatissima virgīne oīa grē do-

na: omnis perfectiones et gratie fuerunt produ cte in ea eminenter sub xpo. Sed quare iste fluuius venit ad irrigandum paradisum id est hominem in quo habitat deus? dico quod delicie sue sunt esse cum filijs hominum. Ideo ps. dicebat. Expandi manus meas ad te aia mea sicut terra sine aqua tibi. Quando ei peccator postulat gratiam dei sine qua non est possibile portare fructus: eleuat manus ad eum: tunc riuus. i. xpus descendit ad mundandum peccatum. Ideo dicit beatus Bernardus in sermone tractando illud verbum. Cum natus esset in bethleem iude dicit quod ihs non venit sine gratia et salute xpus sine vnctione et filius dei non venit sine gloria et perpetua salutatione. Primo enim venit si sint peccatores ad mundandum: si sint ceci ad illuminandum: et si timemus dampnationem ad gloriam condonandus. ¶ Heu pctores vtamur isto fluuio ad vtilitatem nostram: quia paruulus datus est nobis et filius natus est nobis. Numquid dni faceret vobis magnam gratiam rex si vos essetis in pfuriaria et deberetis mille francos si mitteret vobis vnam bagam ad soluendum debita vra? Certe rex qui mittit vobis bagam est deus pater qui mittit nobis suum filium. Populus qui erat incarceratus erat natura humana que erat incarcerata et obligata plusquam esset ad mille francos. Quapropter nolite despicere bagam istam sed vtamini ad vtilitatem vestram. Vos videtis quod quando in aliqua domo fit magnum festum: paupes expectant in porta credentes habere bonam refectionem. Hodie fit magnum festum in paradiso. Nos sumus pauperes si petamus hodie elemosynam cum bona deuotione: credo quod habebimus bonum prandium deponendo pctam nostra. Iuxta b. Ja. do. Abijcientes oem etc. recurramus ad virginem mariam presentando angelicam salutationem. Aue.

¶ Abijcientes omnem immundiciam etc.

More solito mouetur questio terminata a magistris nostris theologis et presertim a be. Tho. i. iij. pte. q. xxv. et. xxij. q. lxxxi. ar. iij. Bonauen. disti. ix. tertij. Utrum ymagini xpi debeatur cultus latrie. ¶ Respondet bonauentura post damascenum: quod cum ymagini xpi debeatur eadem reuerentia: sicut honoratur deus et eius ymago non per se sed per accidens. Sed queretis a me: pr vnde habuerunt ortum ymagines? Dico quod ritus ymaginum introductus est in ecclesia triplici de causa.

Primo propter simplicium ruditatem: vt simplices videant illud quod credunt ante se. vnde dicuntur libri simplicium.

Secundo propter affectuum tarditatem: vt visis ymaginibus possint cogitare que credunt, et eleuare mentem.

Tertio propter memorie labilitatem: quia ea que habemus in memoria faciliter labuntur, sunt ergo ymagines etc.

¶ Leuate capita vra: habetis desiderium vos saluandi? credo quod si haberetis bonum cor faceretis quod non facitis. Vos habetis. extra qui filij sunt legitimi. c. tanta. et autentica collatione. vij. circa principium. quod si vir habeat vnam mulierem non per matrimonium: et habeat ex ea prolem: si postea vir capiat eam in vxorem eorum proles erit legitima et hereditarie successionis capax. Casus est patens. est vnus vir de ista parrochia qui numquam fuit vxoratus tenuit tamen vnam mulierem in camera per decem annos et habuit tres vel quattuor pueros de ipsa. Tunc iste homo videns quod dampnat seipsum ductus penitentia accipit eam in vxorem. Papa et imperator dicunt: quod filij eorum prius geniti sunt liberi: et poterunt habere hereditatem paternam. Moraliter habemus Paulum ad Gala. iiij. Non sumus ancille filij sed libere: qua libertate nos liberauit xps. Certe dni ante incarnationem mundus durauit per quinque mille annos: et antequam filius marie esset natus non erant filij capaces hereditatis: quia pr et mater non fecerant matrimonium quod est hodie factum per totum mundum: vel manifestum. Et de isto loquitur Math. xxij. c. Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Ubi gregorius. Iste rex deus pr est qui misit filium suum in vtero beate marie virginis quando xps suscepit humanitatem: et tunc omnes infantes nature humane facti sunt legitimi. Ergo pctores in mansuetudine suscipite insitum verbum regratiando sibi quod dignatus est sumere naturam humanam cuius ratione sumus capaces eterne hereditatis: nec amplius sumus bastardi. Hoc vult persuadere thema. Iuxta be. Ja. documentum. Abijcientes oem etc.

¶ In isto sermone erunt due partes.

Prima erit de incarnationis sacratissime profunda dignitate.

Secunda erit de deuotione circa verbum incarnatum aie purificate.

¶ Quantum ad primam partem. Dni si vultis

intelligere misteriũ incarnationis: debetis notare illud qđ dixi heri. Quando xp̃s fuit natus: pastores qui vigilabant super gregem venerunt ad visitandũ beatam virginem: ꝛ nox erat ita clara sicut dies. Et dicũt alique hystorie ꝙ tres soles in oriente apparuerũt. ꝛ de vultu beate marie virginis exibat quidã fulgor: rõne cuius nemo poterat illã intueri. ꝛ ipsa peperit sine dolore: et adorauit eũ genibus flexis: ꝛ deosculabat pedes ꝛ os eius. Christus vero flebat sicut alij pueri. Beata virgo eum pãnis inuoluit ꝛ quia non habebat alium locũ: posuit eũ in presepio. Tunc bos ꝛ asinus adorauerũt eum genibus flexis. Sed queretis: pater dicite nobis quid dixit angelus pastoribus. Primo annũciauit eis pacẽ factam inter deũ ꝛ hominẽ dicens. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Secundo dixit eis ꝙ irent ad visitandũ puerũ natum: quod ipsi fecerunt. Et venerũt festinanter per totam noctẽ ꝛ venerũt bethleem in crepusculo diei. Et videntes puerum ꝛ mariã cognouerunt de verbo quod fuit eis dictũ per angelũ. Dixerunt marie. Nos eramus in tali loco custodientes gregem: ꝛ venit vnus angelus cũ maximo lumine ꝛ precepit nobis ꝙ veniremꝰ ad adorandum natum. Heu peccatores ꝛ domicelle si sciretis ꝙ hodie esset natus saluator mundi in bethleem: nũquid libenter iretis advidendum eũ? credo ꝙ sic. Beati qui non viderunt ꝛ crediderunt. Sitis securi ꝙ habetis maius meritum ad credendum illũ qui in sacramento altaris est: ꝙ si fuissetis cum pastoribus (ceteris paribus). ¶ Sed queretis a me: pater quid faciemus vt simꝰ participes sue incarnationis? Dico ꝙ opꝫ ire in bethleem per meditationem ꝛ desiderium: meditatio est memoratio. Quid fecit xp̃us pro nobis in ciuitate bethleeꝫ. Et ibi tria videbimus.

Primo singularitateꝫ ex parte parientis ꝛ prolis.

Secũdo humilitatẽ vtriusqꝫ.

Tertio veritatẽ rõne manifestationis.

¶ De primo. ysaie. vij. Ecce virgo concipies in vtero ꝛc. De scđo. Ezechielis. xliiij. Porta hec clausa erit ꝛ non aperietur ꝛ vir non transiet per eam quoniã dñs deus israel ingressus est per eã eritqꝫ clausa principi. De tertio Aug. Eua luxit: maria exultauit: eua lachrymas: ipsa gaudiũ dedit. ¶ Leuetis capita vestra dñi vadatis in bethleem ꝛ videbitis singula. Primo virgo cõcepit ꝛ peperit sine dolore puerũ emisit: quis vnqꝫ talia vidit? Similiter ex parte prolis videbitis singularia.

Eternitas capit nouitatem.

Immensitas breuitatẽ.

Claritas obscuritatem.

Sapientia infantiam.

Opulentia indulgentiam.

De primo Pau. ad Gal. iiij. Ubi venit plenitudo tẽporis misit deus filium suũ natum ex muliere factũ sub lege ꝛc. De secundo loqtur Pau. Ro. ix. ꝛ Isa. x. Uerbũ abbreuiatũ faciet dñs super terram. De tertio Isa. liij. Uidimus eũ ꝛ non erat in eo aspectus neqꝫ decor. De quarto. Uagit infans inter arta positus presepis. De. v. ij. Cor. viij. ꝑpt nos egenꝰ factꝰ ẽ cũ eẽt diues. Domine burgenses rogo vadatis in bethleem spiritualiter: ꝛ claudatis ostia supra vos: nec dicatis pater noster nec aue maria: sed ꝯsiderate cũ maria ꝙ eternitas. i. deus eternus capit nouitatem: qꝛ nascetur hodie de muliere. Ille q̃ est immensus capit mensuram in presepio. Ille q̃ erat pulchrior oĩbus angelis capit vnius sacci vel leprosi colorẽ. Ille q̃ habet oĩs diuitias: fit hodie pauperrimus ꝛ ponitur super fenũ. O pauperes pctõres ꝛ mirabiles creature quare nõ ꝯsideratis humilitatẽ magistri vestri. spernit pompas ꝛ delicias ꝛ alias superfluitates. q. d. Quid ꝓsunt luxurie: quid pompe: quid auaricie: quasi diceret nihil. Uidistis ergo singularitatẽ ꝛ humilitatẽ ex pte matris ꝛ ex pte prolis. Tertio opꝫ videre veritatẽ rõne manifestatiõis. ¶ Dñi vadatis iterũ vadatis in bethleeꝫ ꝛ videbitis aliud nouũ: scꝫ modũ manifestãdi. Fuit autẽ natiuitas xp̃i dñi nr̃i declarata in celis: qꝛ tres soles apparuerũt in elemẽtis. quia claritas fuit i aere sicut de die. Et rome tẽplum pacis cecidit. in plãtis vinee engadi floruerũt ꝛ dederũt florẽ ꝛ fructũ. In brutis bos ꝛ asinus adorauerũt. In hoĩbꝰ pastores adorauerunt. In angelis angeli annunciauerũt natiuitatẽ. O pauperes pctõ

res considerate ista mirabilia ꝛ agatis gratias xpo qui voluit oia ista pro nobis facere. Et sic susapietis insitũ verbũ. Juxta thema be. Ja. assumptũ. Abijcientes ꝛc.

¶ Quantũ ad secũdam partẽ. Domine domicelle dicatis mihi q̄ est illa inter vos que vellet eẽ nutrix illius pulcherrimi filij. nũquid nutritis filios vestros? Sed diceq̄ forte: pater certe nos sum⁹ nimis debiles. Jō oportet habere nutrices. Retineatis istud verbuȝ si placet. Si vos essetis bone nutriretis illos nisi essetis multũ debiles. Ideo expediẽs esset: ꝙ nulla nutrix daret eis lac nisi vos. Quia dicit pagan⁹ aristoteles: ꝙ nos ex eisdeȝ sumus ꝛ nutrimur. Sitis tñ secure ꝙ pueri tenent semper conditões nutricis. Si eñ nutriãtur de lacte capre tenẽt conditõnes capre. si vero mulieris meretricis tenent ꝯditiones ꝛc. Virgo maria nutriuit filiuȝ suũ: ꝛ si vult habere nutrices vult ꝙ sint virgines. Juxta illud ps. Adducent regi virgines: post eam ꝓxime eius afferentur tibi. Est aũt aduertendũ: ꝙ ad bene nutriendũ pueros sex cõditiones requirũtur, Et dicemus tres nũc.

Prima: puer est inuoluendus.
Secũda: puer est lauandus.
Tertia: puer est custodiendus.

¶ Leuate capita vr̃a domicelle creditis vos ꝙ ego fuerim nutrix pueroꝝ? Audite: beata virgo vult hr̃e nutrices ad bene nutriendũ filiũ suũ. Primo ad īuoluendũ vult habere duas: ꝛ opȝ ꝙ sint ꝟgines: ꝛ certe ille virgines erũt felicissime. Pria leuat puerũ ꝛ vocať cordis meditatio. Scđa cingit eũ ꝛ vocatur charitatiꝯ affectio. De pma ait ps. Meditatio cordis mei in ꝯspectu tuo semp. De secũdo. Cãti. i. Fasciculus mirrhe dilectus meus mihi inter vbera mea cõmorabitur.

Prima excitat puerũ. Qñ aĩa deuota quotidie surgit meditãdo ꝑ deuotionẽ ꝛ post cogitat beneficia data a xpo quõ scȝ est fact⁹ hõ ꝓ nobis tunc īuoluitur puer iesus a nutrice. Alia virgo nutrix ẽ charitas q̄ amplexatur eũ ꝛ cingit eũ ꝛ tenet euȝ in sinu suo. Et istud est verum de aĩa deuota cogitat ꝙ sic de⁹ dilexit eũ ꝙ ꝑpť illũ scȝ amorẽ debȝ ipm seruare nec eũ quoquo pacto offendere. Scđo oȝ lauare ipm puerũ ꝛ ad ipm lauandũ opȝ duas nutrices,

Prima vocatur confessio.
Secũda cõtritio.

¶ Cõfessio lauat lachrymis, cõtritio ꝟo cũ linthiamine tergit ꝛ luy met vng beguin sur la teste gallice. vñ Prouer. viij. Delitie mee eẽ cũ filijs hoim. Tertio opȝ hr̃e duas nutrices ad custodiẽdum pueꝝ ne cadat in ignẽ vel in aquã: opȝ ꝙ sint virgines,

Prima seruabit intus.
Secũda exterius.

¶ Prima vocať cordis trãquillitas. Secũda operis religiositas. pmi Regũ. xxvi. filij mortis estis vos q̄ nõ custodistis dñȝ vr̃m xp̄m dñi. Ad seruandum ergo xp̄m regem opȝ hr̃e nutrices. vnã stantẽ ĩ domo. ꝛ aliam in porta. trãquillitas cordis seruat intus: qꝛ non vult tenere xp̄m cũ pctõ. Nõ dȝ aliqd relinq̄re in ꝯsciã. ꝛ sic ſuabit in pace xpȝ. Et ꝑ oppositũ dr̃ Jsa. lvij. Cor ipij q̄si mare fernẽs. Jlle eñ q̄ gaudet in pctis ẽ sic mare in ꝯtinuo tormẽto ꝛ motu. Opis ꝟo religiositas stat ĩ porta: ꝛ tȝ ostiũ clausum ne aliqs itret. Tũc xp̄s manet int⁹. Bonus eñ religiosus dȝ eẽ emulatoꝛ scĩ opis. ſm Pau. q̄ nõ dȝ nec ꝑ estu nec ꝑ frigoꝛe velle ꝙ pctm̄ intret aĩaȝ suã. Dñe domicelle opȝ ꝙ sitiq̄ tales nutrices: vel aliť eritis dãnate. Post prandiũ dicem⁹ residuũ. Nos orabimus deũ: ꝙ ipse det nobis grãm in p̄nti ꝛ gl̃iam in futuro. Amen.

¶ Eadẽ die post prandiũ. Ser. xli.



Abijcientes oẽm immundiciam ꝛc. Egredimini ꝛ videte filium syon regem salomonẽ in dyademate quo coronauit eũ mater sua in die desponsatiõis illius ꝛ in die leticie cordis eius. Cãticoꝝ. iij. ¶ Dñi ꝛ aĩe deuote: hodie mane gloriosus amicus dei Lucas dixit: ꝙ pastores dicebant. Trãseamus vsq̄ bethleẽ ad videndũ hoc verbũ qđ factum est. q. d. Vadamus in bethleem ad videndũ puerũ ibm. Ad coniungendũ illã materiã isti dicit Salomon aĩabus deuotis. Egredimini filie syon: et videte regẽ salomonẽ. q. d. Filie syon exeatis extra ꝛ veniatis visum regẽ salomonẽ cũ corona: que sibi fuit data in die desponsationis, Ego libenter q̄rerem Salomoni

q̇d est dicere ꝙ debemꝰ exire ⁊ ꝙ vadamꝰ visum regem salomonē. Ille rex vocatur salomon rex pacificꝰ: ipse est xp̄s q̇ fecit vtraq; vnū. Iste rex pacificus quē debemꝰ respicere est xp̄s q̇ tali die nasci voluit ꝓpter nos ad pacē faciēdū inter deū ⁊ nos. ¶ Sz queretis a me: pater q̄re debemꝰ ire ad videndū eū? Dico ꝙ aliquis exit ad videndū rem aliquā propter tria.

Primo ꝓpter nouitatem.

Scd̄o ꝓpter iocunditatem.

Tertio ꝓpter vtilitatē.

Deut.xviij.c. Prophetam suscitauit dñs de fratribus vestris ipsũ audite. Certe opz venire ad istũ pphetã qui datus est ad inueniendũ salutẽ mentis ꝛ corpis. Jordan⁹ q̃ interpretatur riuus iudicij est meritũ passionis dñi nostri iesu xpi. ꝛ significat sacramẽtũ pnĩe: ꝛ ibi opz septies lauare. ¶ Dicit hic gregorius ꝙ totũ tps vite nostre septenario claudit numero: quia septẽ sunt etates hoĩs ad denotandũ ꝙ debem⁹ mũdari ab oibus pctis mortalibus q̃ cõmisim⁹ corde ore vel ope per totum spaciũ vite nostre. O pctõres naamã leprosus non perdidit tps suũ. caro eñi sua restituta est ad etatẽ vni⁹ pueri. Sic si vos veniatis ad pniam de syria dimittendo pompas ꝛ pctã ꝛ pponatis decetero nõ peccare: restituemĩ ad innocentiã puerorũ post baptismũ. ꝛ si nõ possitis in seculo cauere a pctis: ingredimĩ montez sanctũ religionis: q̃quidẽ status prefertur oibus statibus mundanis: vt dicit Bern. libro de dispensatione preceptoꝝ. ¶ Et legit in vitis patrũ ꝙ eandẽ gratiã cõsequũtur ingrediẽtes religionẽ bene obseruatã quã baptisati in baptismo. ¶ Et d̃ beato thoma recitat socius su⁹ frater reginaldus qui p̃dicauit post mortẽ sancti Thome dicẽs cernentibus corpus eius. videtis dñi mei corpus magistri mei. ipe est nunc ante iudiciũ dei: nec indiget mendacio meo: sed in ꝯspectu dñi loquor ꝛ scio ꝙ nõ mentior: ꝛ dico ꝙ ipe est adeo virgo sicut puer quinq̃ annorũ: ꝛ sepe fecit mihi confessionẽ: sed nunq̃ audiui ab illo vnuz pctm̃ mortale. Et quis gloriabitur cor se habere castũ dicens. ego innocens sum a pctõ. O patres religionuz videte speculũ imitationis vestre. nõ fuit ꝓprietarius: nõ imund⁹ sicut canis sed obediens factus i lege dñi mebitabatur noctu dieq̃. Estis hic peccatores ꝛ meretrices q̃ estis scripti in libro diaboli. Dicatꝭ ego querã pphete vt det mihi gratiã eundi post illum sanctissimũ opz ꝙ ipe iuuet vos vt dimittatis vitã vestrã. i. terraz ꝛ transeatis p desertũ pnĩe cũ festinatione. vt illud igitur faciliter faciatis. Recurrite ad beatã virginẽ mariã illic̃ pñtetis. Aue ꝛc.

¶ Ascẽde ad me in montẽ ꝛc. More cõsueto mouet questio theologalis a magistris nostris: ꝛ ꝑserti a btõ Thoma. ij. ij. q. lxxxiij fundata sup festiuitate sancti thome ꝛ aliorũ sanctoꝝ. Vos venistis pncipalr (vt arbitror) ad cõmendandũ vos btõ thome et adquerendũ ei elemosynã spũalem. Erat eñi pius in vita ꝛ nũc nõ pdidit miam. Quero ergo. Utrũ sanctis sit porrigẽda orõ: Dicendũ ꝙ porrigere possum⁹ alicui dupsr. Uno mõ ad implendũ. Alio mõ tanq̃ ad impetrandũ. Si loquamur de ipletiõe: orões sunt soli deo porrigende: q2 gratiã ꝛ gloriã dabit dñs. Si vero de ipetratione ꝛ adiutorio sic debem⁹ porrigere ꝛ angelis ꝛ sanctis orões nostras. Et circa hoc est vnũ argumentũ valde difficile. q2 vel deus decreuit dare aut nõ. si nõ decreuit: ergo nõ opz petere. si decreuit vr̃ ꝙ orationes sint frustra. Dicendũ ad hoc: ꝙ vt habet in dyalogo beati Grego. ꝛ refertur in maiori volumine. xxiij. q. iiij. c. obtineri. Obtineri nequã ꝙ pñt que pdestinata nõ fuerunt: sed ea q̃ sancti viri orando efficiũt ita predestinata sunt vt p̃cibus obtineãtur. Nam ipa regni pdestinatio ita est ab oĩpotente deo disposita vt ad hoc electi ex labore pueniãt: quatinus postulãdo mereant accipe qd̃ eis ops deus añ secula disposuit donare. Sicut eñi preordinauit finẽ: ita media p q̃ finis haberi põt. Dic exemplũ de milite misso ad bellũ qui ordinatur a rege ꝙ habeat talem equũ ꝛc. ¶ Leuate capita vestra aĩe deuote estis memores illoꝝ que diximus heri. dixi de lege ciuili ꝛ decretali de accomodato: ꝙ qñ aliquid conceditur ꝓ certo vsu opz ꝙ respondeatis ꝛ ꝙ restituatꝭ ꝛ ꝙ nõ ponatis ad alios vsus. Deus dedit vobis vitã ad seruiendũ sibi: nõ opz applicare ad aliud. Sed forte dicetis vos. pater anteq̃ moriamur nos disponem⁹ ꝛ emendabim⁹ vitas nostras. scti orabunt ꝓ nobis quibus semp nos cõmendam⁹. bene dicitis sed nõ totuz. ¶ Lex ciuilis. C. de religiosis ꝛ sumptib⁹ funerũ. lege vltima. Reliquie sanctorum perpetue sepulture nullatenus transferri debent. Et religiosi forte dicent: ꝙ ipsi sunt domestici sanctoꝝ ꝛ tenẽt loca ipsoꝝ. Igit ipi orabũt ꝓ ipsis. Certe patres h̃ nõ sufficit. Vr̃ et in maiori volũie. di. xl. c. nõ est. Non sunt filij sanctorum qui loca tenent sanctorum: sed qui exercent opera eorum. Ad hoc est illud Ecclesiastes. xi. Ubicunq̃ ceciderit lignum:

ibi stabit siue ad austrū siue ad aquilonē. de pnia distin.iij.ca. Qualis vnusquisqꝫ. hinc egreditur talis in iudicio p̄ntatur. Casus ē patens. Dn̄i mei leuetis spūs. ponatis casū ꝙ sanctus Thomas fuerit in hoc cōuentu mortuus: ⁊ ꝙ fuerit a p̄ncipio sepultus in capella vbi venerat̄ ⁊ colitur. prior isti⁹ cō uentus cuꝫ fratribus transferūt corpus ei⁹ de isto cōuentu ad aliū ⁊ de ecclesia in ecclesiam. ¶ Querit̄ vobis dn̄is legistis ⁊ canonistis. Utrū hoc possit de iure fieri. Et vtrū hm̄oi translatio venerabilis sit ⁊ sancta.
¶ Uos habetis legē ciuilē ⁊ canonē que respondent. Dicit p̄mo iustinian⁹ ꝙ nō dꝫ alicuius sancti corpus datū sepulture transferri ad aliū locū sine romani pontificis auctoritate. Uidetis vos aliqn̄ vnā magnam arborem que qn̄ cadit ibi cōsumit̄ ⁊ putrefit ⁊ inde euellitur. Sic est de vobis pctōribus qn̄ moriemini i pctō mortali tales apparebitis in iudicio dei. ¶ O pctōres nūꝙ lignū fuit magis dignuꝫ cōbustione ꝙ aīa est digna dānatione eterna qn̄ egreditur de corpore p̄prio. seclusa em̄ oi potentia diuina Si oēs sancti ⁊ sancte dei btissima virgo ⁊ oēs angeli venirēt in terrā ⁊ facerent tantā pniam p̄ aliquo q̄ decessit in pctō mortali q̄ꝫtā fecit pr̄ noster adā magdalena ⁊ om̄es alij sancti vel pateremur tantas penas ꝙ̄tas passus est xp̄s in cruce nō posset aīa resurgere a dānatiōe. ¶ Uos dn̄i religiosi cōfiditis in sanctis p̄ris q: geritis habit⁹ eoꝝ ⁊ statis in locis eoꝝ. Certe dicit gregori⁹ ꝙ nō sunt filij sanctoꝝ q̄ tenent loca eoꝝ sed q̄ imitantur mores eoꝝ. Uos mulieres habetis sanctā genouefā q̄ratis sibi quō ē saluata. Utrū ducēdo vitā quā ducit̄: certe dicet nō. ⁊ sic dicatis oībus sctīs. Quos si iterrogaueritꝭ dicēt qd̄ dicit Paul⁹ ad Hebre. xi. Sancti p̄ fidē vicerūt regna opati sūt iusticiā adepti sūt repromissiones. Festinemus igitur ingredi illā requiē anteꝙ veniat nox mortis ne forte inueniam⁹ ostiū clausuꝫ sicut fatue virgines. Quod sonāt verba thepreas. ¶ Ascende ad me ⁊c.
¶ In isto sermone erūt due ptes.
Prima erit sacri euāgelij expositiua.
Quā applicabim⁹ ad beatū thomā.
Secunda ascensionis spiritualis demonstratiua.

¶ Primo euangeliū duo continet.
Primū est celeste desideriū.
Secūdum est cōmouens suspirium.
¶ Quantū ad primū. Uno die sequebantur iudei xp̄m ⁊ totaliter volebant eū occidere ⁊ hoc fuit secūda vice in qua fuit in periculo mortis. Uenerūt iudei ad xp̄m dicentes Magister reuerēde audiuim⁹ signa que facis p̄ totam galileā ⁊ in alijs ciuitatib⁹: fac ⁊ hic in patria tua. Dicit xp̄us. Nemo acceptus est p̄phā in patria sua. quasi vellet dicere: ꝙ nō erant digni. Et subiūxit hystoriam. Nūquid vos iudei audiuistis loqui de Helya qui venit in sareptā sydonioꝝ ⁊ erāt multe vidue in israel. visitauit illā. similiter tp̄e helysei erāt multi leprosi in israel ⁊ nullum curauit nisi solū naamā syrū. ¶ Tunc iudei indignati duxerūt eū in supciliū montis ⁊ ip̄m precipitauerūt. Landulphus dicit: ꝙ rupis aperta est ⁊ se ibidē abscondit. nesciebant quo iuerat ⁊ seip̄m inuisibilem reddidit. Quid significat dn̄i mei iste helyas ⁊ ista vidua sareptana ⁊ helyseus ⁊ naamā. Uidua est aīa. iij. Regū. xiiij. Heu mulier vidua ego sum. Ista mulier est aīa peccatrix separata a sponso suo xp̄o. ⁊ p̄pheta venit ad illā. Sed queretis que est sarepta sydonie. Sarepta est panis desideratus. qm̄ non datur gratia dei nec xp̄s venit ad illos qui nō desiderant illū. Casus est patēs dn̄i Si habeatis bonū vinū vbi ponitis nūq̄d in bono vase ⁊ puro? Sed gratia datur tantum sarepte desideranti panem vite ⁊ gloriam paradisi ⁊ non datur leprosis peccatoribus nisi desiderent mundari. Uidetis ꝙ leprosi sunt tantum abhominabiles a cōspectu omniū abijciūtur. Sic anima peccatrix a consortio sanctoꝝ angelorum repellitur. Uidetis experimentaliter: ꝙ si aliquis habeat vnū filium. xx. annoruꝫ contumacem. pater dicit sibi. vade ⁊ recede a me. fuge a cōspectu meo. nunꝙ venias coraꝫ oculis meis. Iste filius videns iratum patrem venit ad matrē quā orat lachrymosis ocul' ꝙ ducat eum ad patrem: ⁊ eum pacificet: ⁊ promittit se nunꝙ patrem turbaturum. Nunquid de⁹ dicebat ysa. lxvi. Quomodo si cui mater blandiatur ita ego consolabor vos. Mater ista consolatur filium suuꝫ dicens: Fili mi ne dubites: ego pacificabo p̄reꝫ tuū.

¶ Audite me o peccatores nunquid mater fuit cōmota filio magis seclusa passione quam deus cōmoueatur a pctōre qñ postulat sibi gratiā genibus flexis dicēs. pater peccaui in celū et coram te. non sum dignus vocari filius tuus etc. Audio dicere quod nunquam deus recusat misericordiā dare poscenti et se disponēti sicut debet. Nunquid hoc Tho. postulauit? queratis nunc sibi boni religiosi quō assecutus est vitam eternā. nunquid ducēdo vitam quā ducitis? vos parui religiosi scire debetis eius vitam atque meditari. Nam humiliando se cū alijs intrauit paradisum Religio mūdauit eū septies: sicut naamā fuit mūdatus septies. Utinā tacuisset magister Johā. gerson quādo dixit: quod ad perfectū statū sufficit charitas: et quod castitas nō est necessaria. Thomas in libro de pfectione vite spiritual. et .ij. ij. q. lxxxvi. Et Bonauen. in apolo. contra calūniatorē tenēt: quod licet charitas sit initiū et principiū oim opeꝝ et pfectionū ad pfectionē vite necessaria: tñ pfectus est status religionis approbate. Nunquid saluatur Tho. qui erat virgo? et quō corpus suū delicatis cibis nutriēdo et vnā tunicam foderatā habēdo? Certe nō. Si enim abstinētia carnis et vini et desertio mundi nō augeret meritū: sed cū oibus istis quis posset esse in statu pfectionis. Tunc Thomas nō fuisset ingressus vt eēt ppinquior deo. Ideo lauit se septies. Tria ptinēt ad vitam purgatiuā. duo media valēt ad vitam illuminatiuā: et duo vltima ad vitam pfectiuam. In prima prerogatiua tria sunt.

Primū est abiectio siue abrenūciatio.

Secundum est sensualitatis mortificatio.

Tertium est perferende miserie presentis deploratio.

¶ De primo Math. xix. Ecce nos relinquimus oia et secuti sumus te etc. Gal. v. Qui xpi sunt carnem suā crucifixerunt cū vicijs et concupiscentijs. De. ij. Math. v. scribitur Beati qui psecutionē patiūtur pp̄ter iustitiam: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Et Lu. ix. Si quis vult venire post me: abneget semetipsum etc. De tertio ps. Heu me: quia incolatus meus etc. Dñi qñ ego loquor de religione: mens mea est loqui de religiōe bene obseruata. Sed dicūt aliqui patres: pater si essemus de obseruantia non studeremus. Dico pro vobis pro omī resolutione: quod Tho. et Bona. viuebant in obseruātia: et tñ multū bene studuerūt vt opa eoꝝ docēt et ostendunt. Est aūt aduertendū quod cōparatio actuū vel habituū pōt fieri vel in eodem gñe vel in diuersis gñibus. verbigra. status prelationis debet esse adeo pfectus quod platus oibus suis subiectis sit melior. Sed postea dico quod pfectiores debēt esse religiosi: et status eoꝝ est pfectior. i. securior. sed nō sm dignitatē: vt aliqui dicunt. et sic nō dubitetis ponere filios vestros in religionibus: et hoc presertim vbi bñ viuitur. quia si ponitis i religione dissoluta vos ponitis sibi chordam in collo p quā dānabitur in inferno. ¶ Obedientia nō debetur regule pp̄ter prelatum sed prelato debetur obediētia pp̄ter regulam. Sic btūs Tho. qui erat filius comitis et de genere nobiliū intrauit ordinem vt posset saluare aiam suā: et p obseruantiam regule et obedientiā regularē ingrederetur terrā promissionis. Purius enī in religiōe absque cupiditatibus viuit quam in seculo. Dicit enī Aug. Uenenū charitatis est cupiditas Paulus etiā dicit. i. Tho. vi. Radix oīm malorum est cupiditas. Ideo xp̄s mgr veritatis vt iuueni petenti. quid faciendo vitam eternā posset hr̄e. serua mādata. Et cū hec oia se fecisse dixisset continuo subiūxit Lu. xviij. Uade et vende oia que habes et da pauperibus et sequere me. Ecce aptam mundi abrenūciationē quā debet quilibet religiosus et vir pfectus facere. Secūdo oportet mortificare sensualitatē. Quia qui xp̄i sūt carnē suam crucifixerūt. Gal. v. Est enī regula magistralis: quod penitens debet deuiare sensualitatem si vult perfecte penitere. Istam regulam seruabat sapiens qñ dicit Sapiē. viij. Sciui qm̄ aliter nō possum esse cōtinēs nisi deus det. O patres et matres multū debetis aduertere quod filij vestri nō dñt amittere virginitatē. perdunt illud quod nunquam recuperabunt. ¶ Tertio opz deplorare peccata quo ad vitam purgatiuā. Mathei. v. Beati qui lugent: qm̄ ipsi consolabunt. Prou. xiiij. Extrema gaudij luctus occupat: quoniā impossibile est quod quis abstineat a peccatis nisi deus iuuet eū in istis vijs. beatus Tho. floruit gloriose. floruit etiā secundo modo scilicet in sacrarum litterarū meditatione

ne. Eccle.xv. Cibauit illū pane vite ⁊ intel
lectus ⁊c. Dico enī ꝙ plus ipse ꝓfecit oran
do ꝗ̄ sub magistro. Tēpore quo fuit nou⁹
doctor Parisius fuit q̄dā error d̄ corpe xp̄i
⁊ oēs reseruauerūt sibi resolutionē. ¶ Se
cūda via q̄ ptinet ad vitā illuminatiuā est
feruens oratio in qua btūs Tho. multū ꝓ
fecit. Ipse enī stans ante imaginē crucifixi
orauit eū vt si ille tractatus de sacramēto
altaris erat bonus: ⁊ ab oī errore imunis
sibi domin⁹ reuelaret: quod ⁊ fecit dicens.
Quod de me scripsisti Tho. bene scripsisti.
Tertia via pertinet ad vitam pfectiuā. vbi
consistit perfecta ꝯtemplatio in qua beat⁹
Thomas multū profecit. Semel fuit i mē
sa regis sancti Ludouici ⁊ cū eo erat prior
conuentus qui adeo fuit raptus in mensa
dicens. Scribe sic: scribe sic. Et prior dixit
ei. Frater thoma vos estis in mēsa xp̄ianis
simi Regis francie quid facitis. Qui cū eēt
reductus ad sensus: dixit. Christianissime
rex da mihi veniā. Ego enī putabam eē in
studio ⁊c. ¶ Dn̄i si vultis saluari ⁊ vos aie
deuote seq̄mini Thomā in sctitate vite ⁊ p
fectione: ⁊ sic ascendetis ad montem glo-
rie. Ad quam.

¶ Feria tertia dominice tertie quadrasi
me. Sermo. xxxij.



Scēde ad me in montez ⁊ esto ibi. Vade ⁊ vende oleum: ⁊ redde creditori tuo. iiij. Reg. iiij. ¶ Dn̄i ⁊ aie de uote si retinuistis doctrinā heri datam de betis laborare ad saluandū aīas vestras. hodie ꝓponitur nobis hystoria pulcherri ma ꝗ̄tum ad sensum litteralē ⁊ moralem. ¶ Erat quedā proba mulier vidua: q̄ venit ad Helyseū dicens. Pater mi ego suz muli er vidua. maritus meus mortu⁹ est: quem cognoscebatis. ipse debebat multas pecu- nias. creditores venerūt ad me: q̄bus ego nō possum satisfacere: ipsi volunt a me tol- lere filios meos: vt faciāt illos sibi seruos. Dixit propheta: filia habes aliq̄d in domo tua de quo possis te iuuare. Dixit mulier: nō habeo nisi modicū olei quo vngar. Di- xit Helyseus. vade ⁊ accomoda vasa ab oī bus vicinis tuis: qd̄ ⁊ fecit: ⁊ cum impleret vasa dixit filio: sunt ne amplius: ⁊ dixit ꝙ non: ⁊ stetit oleū. Tunc venit ad Helyseuz ⁊ dixit. pater hēo tue sctitati grās: feci qd̄ iussisti. Tunc dixit Helyse⁹: vade ⁊ vēde o- leū ⁊ satisfacias creditorib⁹. Credo ꝙ vos vidue effectis bn̄ ꝯtente si haberetis talē ꝓ phetā. Sz est aduertendū q̄ est mulier: qui sunt pueri: ⁊ q̄ sunt creditores. ij. Reg. xiiij habetur. Heu mulier vidua ego sum. Ista vidua est peccatrix aīa: nunq̄ȝ enī vidua fu it in tāto periculo sicut aīa peccatrix q̄ pdi dit sponsum suū xp̄m. Sz q̄d est istud debi tū qd̄ opz creditori reddere. Dico ꝙ est pe- na p pctō debita: creditor ille terribilis qui nō vult ꝯtētari est iusticia diuina q̄ dicit il lud Math. v. Nō exibis inde donec reddas nouissimū quadrantem. Qn̄ quis peccauit mortaliter opz soluere debitū. Adā nongē tis trigita annis pn̄iam egit ⁊ fleuit toti- ens quotiēs recordat⁹ est pctī sui. Iusticia diuina nunq̄d fuit contēta: certe nō donec xp̄s redemit mundū p passionē. Dyabolus enī est mirabilis creditor seuer⁹ ⁊ terribilis Eccl'a. xxi. dentes leonis dētes ei⁹ deuorā- tes aīas hominū. Dyabolus vult deporta- re corpus ⁊ aīam q̄ sunt duo pueri. Vada- mus igitur o pctōres ad ꝓphetā vt det no bis ad soluendū debitum. Oleū effusuz no men tuū. Canti. i. Sed qd̄ est oleū istd̄: Di- co ꝙ est mīa dei. Veri xp̄s dn̄s noster de- dit nob̄ aq̄uā ad mūdandū nos: hodie dat nobis oleū qd̄ est bonū. primo ad comeden dū. scd̄o ad gustandū. tertio ad illuminan- dū. quarto ad frixandū. q̄nto ad cenanduz. Sic etiā mīa xp̄i passionis est bona ad co- medendū spūaliter: ad gustādū cibaria do lorū passionis xp̄i: ad illuminādū ꝯscias nr̄as: vt cognoscam⁹ pctā: ad frixandū vul nera pctōꝝ nr̄orū: ⁊ finaliter ad sanandum aīam peccatricē. O peccatrices q̄d debetis facere? Videatis istā paupculā viduā: seq̄- mini eā ⁊ dicatis creditori: dn̄e nō habeo vn de possum satisfacere: sed da mihi modicuz de oleo. i. de merito passionis tue ad satisfa ciendū iusticie diuine: ⁊ tūc dyabolus ni- hil poterit nocere. Ut aūt facili⁹ oleum ha beatis: recurrite ad virginem mariam di- cendo Aue.

¶ Ascende ad me ⁊c. More ꝯsueto moueꝗ̄

stio theologal: fundata in euāgelio hodier-
no qđ loquitur de correctione fraterna. ter-
minata a Bona.q.xxxvij.tertij. Utrū prece
pta diuina sp obligēt ad pctm̄ mortale. Di
cit ꝙ p̄ceptoꝝ diuinoꝝ quedā sunt affirma
tiua: quedā negatiua. Negatiua obligāt ad
sp̄ ꝛ pro sp. sicut nō adorabis deos alienos
nō mechaberis. Ad sp ꝛ pro sp. i. pro oī lo-
co: ꝛ pro oī tpe. Affirmatiua sunt q̄ obligāt
ad semp. sicut honorare parētes. Casus est
patens: in oī eñ actu positiuo vt actus bn̄
ꝛ meritorie fiat: opꝫ ꝙ sit circūstantionat⁹
vt dicit Aristo. ij. Ethi. Cū ergo affirmati-
ua exigant actū nō bn̄ fierēt nisi loco ꝛ tpe
ꝛ sic correctio fraterna cū sit p̄ceptum affir
matiuū nō obligat nisi pro semp. ¶ Leua-
te spūs: audiuistis heri ꝙ qn̄ reliquie sunt
in aliquo altari nō debēt trāsferri. C. de re-
ligiosis ꝛ sumptib⁹ funerū. sīr ꝙ vbicun-
ꝙꝫ ceciderit lignū ibi erit. Si fueritis sepul
ti in inferno etiā si beata virgo oraret ꝓ vo
bis exinde nō exibitis. Dicetis: pater in fa-
cultate dei est saluare nos: iō saluabit nos
si placet sue sctīssime maiestati. Uerū dici-
tis sed nō totū. Habetis eñ legē ciuilē. ff.
q̄bus causis ypotheca ꝯtrahitur. Lex inci
pit. Uigilantib⁹ ꝛ nō dormiētib⁹ iura sub
ueniūt. Idem hr̄ in antiq̄s: extra de electōe
ꝛ electi ꝑtāte. ca. Cū in cunctis ꝛ ca. innotu
it. glo. ibi. Negligentie hoīs nō est ꝑcēduꝫ.
ꝛ extra de iniurijs ꝛ dāno dato. ca. Si cul-
pa. glosa. Negligētia ꝛ ignorātia ascribunt
culpe. O pctōres si dānamini nō plāgatis
vos de deo: nunꝙ eñ mater tenēs pueruꝫ
suū in brachijs in mortis articulo tm̄ dolu
it ꝙtū xp̄s dolet de punitione pctōꝝ seclu
sa passione. vellet eñ xp̄us nos saluare si
pctm̄ nō impediret. Ezechie. xxviij. Nunq̄d
volūtas mea est mors impij? quasi dicat nō
sed defect⁹ prouenit ex parte negligētie no
stre. Ponatis casum ꝙ ista ciuitas sit val-
lata inimicis: ꝛ custodientes sint supra mu
ros ꝛ dormiant. interim ciuitas capiatur
ab hostib⁹. Dicit imperator ꝙ tales debēt
puniri grauissima pena scilicet pena mor-
tis sicut traditores reipublice. debuerunt
eñ vigilare ꝛ non dormire. Osee. xiij. Per-
ditio tua ex te israel: tantūmodo ex me au-
xilium tuū. Uolo dicere peccatores tēpus
est vigilandi ꝛ custodiendi animas vr̄as:

iam est media quadragesima: ꝛ si tempore
preterito fuistis in peccato dimittatis val
lem miserie: ꝛ ascēdatis ad montē grē. iux
ta verba thematis preassumpti. Ascende
ad me ꝛc.

¶ In isto sermone erunt due ꝑtes.
Prima erit sacri euāgelij expositiua.
Secunda virtuose ascensionis demonstra
tiua.

¶ In isto euāgelio sunt duo puncta.
Primū est de correptione fraterna.
Secundum est de excommunicatione vi-
tanda.
Secundū ibi tangitur, sit tibi tanꝙ ethni-
cus ꝛc.
Primū tangitur in principio.

¶ Dicit ergo xp̄s ꝙ cū videmus fratrē de-
linquentē debemus eū corrigere. Respici-
ens enim discipulos dixit: si peccauerit ꝛc.
Quero vobis dn̄i quādo videtis aliquem
facientē malum quō habetis vos ad illuꝫ:
nunq̄d truffamini ꝛ facitis cantilenas ꝛ io
cos? Dn̄s noster precepit oībus per p̄s. di.
Ab occultis meis mūda me dn̄e: ꝛ ab alie-
nis parce seruo tuo. q. d. ꝙ pctā aliorū cor-
rigere ꝛ emendare debemus: ꝛ hoc p̄cipue
qn̄ videmus delinquentē ꝛ existimam⁹ ꝙ
corriget se: si non habeat aliū correctorem
mortaliter peccamus nō corrigendo. O de
us meus quot sunt q̄ deficiunt in isto p̄ce
pto? Credo ꝙ inter oīa p̄cepta diuina tam
affirmatiua ꝙ negatiua istud minus ad-
impletur. Casus est patēs: si inuenias vnū
famelicum in itinere: si tu potes eū cibare ꝛ
non des sibi que sunt necessaria si moritur
et tuo defectu eternaliter eris dānatus ni-
si pnīam agas. Heu heu qui nō hꝫ pietatē
de aīa: quō habebit pietatē d̄ corpe? Si cor
pori qđ est putredo tenet subuenire sub pe
na pcti mortalis ꝛ dānatōis eterne: q̄d si ꝑ
mittatis dānare aīam sanguine xp̄i redem
ptā: ꝛ ad imaginē trinitatis creatā? Iō xp̄s
dic. Si peccauerit i te. i. te sciēte: corripe eū
inter te ꝛ ip̄ꝫ solū: ꝛ si noluerit te audire vo
ca duos vel tres. primū intelligit de pctō
occulto ſm doctores: ꝛ scđm de pctō qđ in
cipit esse notū multis. Et sūt illi vocandi q̄
sciūt: vel illi q̄ possunt ꝓdesse: ꝛ nō obesse.
si autē illos noluerit audire: dic ecclesie ad
quā spectat corripere pctā publica. Extra

de officio iudicis ordinarij.ca. Irrefragabi li. si aut ecclesiam noluerit audire sit tibi tanque ethnicus et publican⁹.i.hereticus et paganus. Dñi capiamus casum de aliq adul tera: habetis ne aliqs i ista ciuitate: nō est vtile: credo q lex Moysi hodie obseruetur q dicebat q adulter et adultera debebāt lapidari: si ergo aliq adultera vobis pñtibus cōmittit adulteriū: non debetis in publicū referre: sz inter vos peccatricē illā corrigere iuxta dictū xpi. Si peccauerit in te.i.te solo sciente. O q graue est pctm manifestare pdere: propalare pctm secretū. Ista materia tangit vos iudiciarios: epos et platos: qui nō corrigitis subditos qs tm scitis esse viciosos et corruptos. Nunqd legistis illō qō scribitur tertij Reg.xx.ca. Et fuit dictū achab regi. Custodi virū istū: qm si lapsus fuerit: erit aīa tua pro aīa illi⁹. Nunqd habetis etiā in maiori volumine.lxxxiij. dist. ca. Error. Error cui nō resistitur: approbaf Uos habetis filios et filias burgens⁹ q nō faciunt cōpu tū de vobis in senectute Sapien.xi. Per q quis peccat: p hec et torquef Qn sunt iuuenes vos nō punitis eos: et qn sunt senes ipsi puniūt vos. Ad hoc potest allegari ca. si culpa. extra de iniurijs et dāno dato. Debent eni parētes ex facto suo si ue negligētia posse ptingere iacturā. Loqmini mihi pres. legistis vnqz hystoriam d Hely: de quo primi Re.i.et.ij.caplis recitatur. extra de simonya.ca.lz hely. Hely fuit summus sacerdos: sed qr negligens circa punitionem filiorz suorū fuit: cadens supine in terrā: fractis ceruicib⁹ expirauit: et dānatus est sm Hiero. Dñs phibeat sententiam istāa vobis. melius eēt corripere filios q dānari. Facite qō voletis: sed si non corrigatis filios vestros inuito vos ad dānationē. De pctis aut manifestis oz dicere eccl'e dicit xps. Dñi iusticiarij q habetis stipendia a rege: creditis q illa stipendia dētur vobis ad ducendū magnos triūphos: ad viuendū lete et voluptuose: nō certe. Nūquid habetis.ff. de officio iudicis et presidis.l.i.q preses dz punire pctā: corripe malos: nunqd habetis in ista ciuitate blasphematores: lusores publicos: macqrellas: Ista peccata clamant quotidie ptra vos: et nullam penitus facitis punitionez: sed aliquando dicitis non est aliquis qui se plangat. Nunqd habetis capitulum qualiter et qn. et est scdm. extra de accusationibus. vbi dr q iudex ex officio dz per clamorē inqrere de pctis. Et sumitur ex illo qō hr in Ge. xviij. Clamor sodomorz venit vsqz ad aures meas: vadam et videbo si clamorē q venit ad me ope cōpleuerint. Corrigatis ergo hortor vos pctā publica: deponatis lupanaria de medio probarz mulierz: eijcite macqrellas in signū reprobatōnis eterne. si nō vos eritis dānati cū oibus dyabolis eternaliter. Si eni hodie magister noster iesus xps cuilibet precepit corrigere pctā secreta: quāto magis pctā publica. Sed qd erit de vobis miserrimis pctōrib⁹ q ducitis mulieres p vicos et plateas ad lupanaria ad luxuriandū et peccādū: videtis illū q pendet in cruce. Si rex noster xpianissim⁹ mitteret filiā suam vni militi: et ille miles violaret eā: quāta pena esset dignus ille: nonquid deberet occidi sicut pditor. Certe nō minori pena dignus est q inducit aliquam mulierē ad peccandū. pro certo dico (o peccatores) q melius essent vobis fuisse mortuos in vtris matrū q mori in pctō mortali. ¶ Quantū ad scdm verbū euāgelij. Amē dico vobis: quecūqz ligaueritis sup terraz etc. Scotus. di.xxiiij. quarti dicit q hoc verbū intelligitur de clauib⁹ in foro interiori qtum ad sniam excō. Si essent hic prelati ecclesie loqrer eis vnū vbū qō habef in ca. Nemo eps.ij.q.i.q nemo episcoporuz sine certa et manifesta mortalis pcti causa aliquē cōmunione priuet ecclīastica. ¶ Ponamus casum q est vnus paup hō qui accomodat vnū scutum aut duo: et nō hz vnde soluere possit: excusatur ppter impotentiā. si autē prelatus eū excōmunicauerit: in foro pscientie nō est excōicatus. Ego nō laudo excōicationes q danf pro rebus tēporalibus: sed bn pro peccatis publicis. verbi gratia. est vnus ecclesiasticus q tenet vnā meretricē et non vult emendari; debet excōmunicari. Unus vsurarius etiaz q nō emēdatur. adultera publica que nō vult emendari: tales sunt excōmunicandi. ¶ Est autem notandū q duplex est excōmunicatio scz maior et minor. Maior est maximū vinculum qō habeat ecclesia et separat a sacra

mentis et participatione sacramētorum et ab oībus bonis et suffragijs eccl'ie et hoc si sit iusta. sicut videmus q̄ mēbrum abscisum a corpore non pticipat cum alijs mēbris: sic etiā hō excōicatus non participat cum suffragijs ecclesie. ¶ Legi in quodam libro autētico q̄ i delphinatu quidā fur furatus fuerat breuiariū a quodā sacerdote et posuerat supra vnā quercū. sacerdos fecit excōicari oēs detinētes breuiariū. et subito illa arbor desiccata est. Caueatis ergo sententiam excōicationis. si videatis aliquem peccare nolite ridere: sed corrigite eū cū lenitate: et si nō vult corrigi habeatis desiderium corrigēdi eū et de ei9 vita pietatē. Et sic ascendetis ad montē gratie. Iuxta verba thematis preassumpti. Ascende ad me in montem etc.

¶ Quantū ad secundā ptem sermonis. Domini vultis ascendere ad montē grē: oportet transire desertū et stare paululū in q̄rta mā̄sione q̄ est. Omniū pctōrū suoꝝ vera cōfessio. Non op3 expedire cōfessionē: sed op3 figere pedem et bñ ɔfiteri. Dñica precedente aperui istā mansionē: et dixi q̄ penitens q̄ vult bene ɔfiteri d3 habere certas ɔditōes Nūc sequitur alia sc3 q̄ confessio d3 eē discreta. Dñe domicelle qn̄ estis infirme nunquid vocatis bonū medicū: ita op3 si vultis sanari spūaliter q̄ eligatis bonū doctum et deuotū medicū spiritualem. Est aūt intelligendū vt dicūt doctores q̄ triplex d3 esse discretio in confessione.

Prima in eligendo confessorem.
Secūda in distinguendo speciem a specie.
Tertia in distinguēdo circūstantiā a peccatis et etiam inter se.

¶ Peccator eñi nō debet facere cumulū de oībus peccatis summarie dicendo: ego peccaui p gulā: per auariciā et sic de alijs. Alias confessio tm̄ valet sicut tergere nasū cū pallio immūdo. Prima ergo discretio debet esse ex pte sacerdotis. Leuitici. xiij. Sacerdos ad cuius iudiciū stat oīs lex: discernet si lepra sit vel nō. Idem habetur de penitentia dist. vi. c. Qui conteri vult querat sacerdotē scientem ligare et soluere: ne si cecus cecū ducat: ambo in foueam cadūt. Debet etiam ponere differentiā inter circūstātias que saltim mutant speciē peccati. verbigratia. nō sufficit dicere ego cōmisi adulterium cū fratre si verū sit. siliter nō sufficit dicere ego portaui vindictam ɔtra aliquē: s3 o3 dicere p tot vl' tot annos. silr nō sufficit dicere ego nō cōmisi furtū vel sacrilegium sed si fuisti in causa q̄ aliqs habuerit malam fantasiā de te: puta dederis occasionē malefaciendi vel loq̄ndi: op3 cōfiteri. et nō sufficit dicere pctm̄ in se: sed oportet dicere morā vel tempus per qd̄ mansit in tali peccato. Habemus hystoriā ad hoc Marci. ix Christus anteq̄ sanaret demoniacū quesiuit per qd̄ tempus erat q̄ habeat demonē tunc curauit eū. Hoc est certū penes peccatores q̄ quotienscūq̄ veniūt ad confessionem op3 q̄ dicant mansionē peccatorum. Sicut qn̄ habetis vnā arborem in orto vestro qn̄ vultis eradicare illam op3 destruere radices brancas et truncum et q̄cquid ē in arbore: ne forte crescat vel iterū oriat. Isa. xxiij. Perdam babylonis nomen. i. peccati mortalis et reliq̄as et progeniē et germē. Babylon est pctm̄ mortale. radices sūt meditationes: reliquie sunt memorie. Sed dicetis: pater ego libenter dicerem oīa peccata mea: sed nō possum recordari nec discernere inter peccata: detis mihi bonū ɔsiliu3 quid debeo facere? Dic charissima ea q̄ scis et potes scire per diligentem inquisitione3: et cōmitte te bono sacerdoti: et dñs miserebitur tui. Et sic ascendetis ad monte3 etc.

¶ Feria quarta tertie dominice quadragesime. Sermo. xxxiiij.



Scende ad me in monte3 et esto ibi. Honora patrem et matrē tuā vt sis longeuus sup terrā. Exodi. xx. Domini et anime deuote si retinuistis doctrinā hesternam debetis velle saluare aīas vr̄as et placere deo. diximus heri de vidua et duobus pueris: et quō pp̄ha dedit eis oleū ad satisfaciendū creditorib9 suis. O pauperes aīe de q̄ satisfaciem9 creditoribus p pctīs nostris? q̄libet nostrū h3 duos filios. s. corpus et aīam. dyabol9 cui obligauim9 nos vult recipere vtrūq̄: nō est remediū nisi merito passionis dñi nostri iesu xp̄i nos pser‹uare›

uet. Restat nūc epistola hodierna: honora patrē tuū ⁊c. Proponitur nobis hic doctrina quā deus dedit filijs israel .s. honorare parentes. ⁊ redditur causa: vt simus longeui super terrā. Sed notandū est q̄s sit iste honor: ⁊ quis pater. In sacra scriptura triplex pater reperitur.
Primus est pr̄ eternus ⁊ celestis.
Scd̄s est pater internus ⁊ spūalis.
Tertius est pr̄ externus ⁊ tpalis.
¶ Si velimus saluare aīas nr̄as oꝫ istos patres honorare. Silr̄ hēmus tres mr̄es.
Prima est celestis: que est triumphans ecclesia.
Secunda est interna q̄ est ecclesia militās.
Tertia ed tpalis ⁊ carnalis.
¶ Primo honora deū .i. Thimo .i. Soli deo honor ⁊ gloria. ⁊ Deute. xxxij. Nōne ipse ē pater tuus q̄ possedit te ⁊ fecit te ⁊ creauit te redemit ⁊ beatificauit te? quō honorabimus ergo eū. Dic ergo mihi pctōr q̄d requirit a te deus. certe nihil nisi vt diligas eum ⁊ timeas eū offendere. Silr̄ debem⁹ honorare matrē eccl'iam triūphātē. ad Galath. iiij Illa aūt q̄ sursum est libera est: q̄ est mater nr̄a. Scd̄o opꝫ diligere pr̄es spūales vt sr̄ prelati: doctores: ⁊ ꝯfessores. Vn̄ Apost. i. Cor. iiij. In xp̄o iesu ꝑ euangeliū vos genui, nec minus eos debem⁹ diligere q̄ꝫ patres carnales. mater etiā ē ecclesia militās in qua recipimus sacramēta. vn̄ Hiero. de pnīa dist. i. c. Ecclesia. ⁊ extra de snīa excōicationis lib. vi. Vocat̄ alma mater ecclesia De honore vero quē debemus eccl'iasticis viris habetur ca. In scripturis disti. xcvi. ⁊ sunt ỽba constātini imperatoris .s. ꝓprijs oculis vidissem sacerdotē dei aut aliquem eoꝝ qui habitu monastico circūamicti sunt peccantē: clamide mea cooperirē euꝫ ne ab aliquo videretur. Tertius est pater ⁊ mat̄ carnales. Eccl'ia. vij. Honora patrē tuū: et gemit⁹ mr̄is tue ne obliuiscaris. memento qm̄ nisi per illos non fuisses. Et iste honor ſm Hiero. nō intelligitur solū in salutationibus: sed etiā in subuētionib⁹. nō enī sufficit dicere pater bona dies sit vobis: sꝫ oꝫ amare: honorare: ⁊ si instruant nos libēter audire: ⁊ in pauptate eis subuenire. Domini habetis filios in ista ciuitate qui faciāt oppositū patribus suis, De q̄bus Johānes baptista ait Luce. iij. Genimina viperarꝫ quis ostendit vobis fugere a vētura ira? filij dyaboli ⁊ serpentū q̄s custodiet vos fugere a maledictione eterna? Volo dicere q̄ꝫ honoretis euꝫ Malachie. i. Si ego pr̄: vbi honor meus? ⁊ si ego dn̄s: vbi est timor meus? Quē timorē habetis hic de deo dn̄i iusticiarij: nunq̄d dixi vobis q̄ꝫ poneretis manū ad macq̄rellas? quot filie sunt perdite ꝓpter eas? oēs. Dicitis in cordib⁹ vr̄is non possumus pater: q2 nō sumus iusticiarij ad ponendū manū in ipsis. credo q̄ꝫ si aliq̄s ascenderet illā cathedrā ⁊ diceret malū ꝯtra regem eū diffamādo nemo est vr̄m hic in ecclesia qui nō cōspiraret ꝯtra eū mala ⁊ qui nō diceret iusticie vt talis caperet̄ ⁊ puniretur. sed heu vos videtis q̄ꝫta irreuerentia fit patri celesti ⁊ eternali: ⁊ nemo caput q̄relam eius. Sed quid dicem⁹ de patre ⁊ matre carnalibus? Estis hic filij dyaboli qui nō bene obeditis patribus vr̄is? Sed dicetis q̄ est causa? Dico q2 in etate tenera nutriuistis eos sine correctione. Et filiam fecistis meretricē: ducendo ad choreas ⁊ bāqueta. Vos filij teneatis istud ỽbū. Ea mēsura qua mēsi fueritis remetietur ⁊ vobis Dominus dabit vobis aliquē qui tenebit vobis tales terminos sicut renuistis parētibus vr̄is. ¶ Narratur q̄ꝫ erat quidā filius qui tenebat patrē suū per capillos percutiens eū. Cū aūt vicini eū increparēt dicētes q̄ꝫ nō licebat patrē sic tractare: r̄ndit. Domini hoc est propriū generi nr̄o. hoc sp̄ cōsuetum est in domo nr̄a. Pater me⁹ iste hoc fecit pr̄i suo: ⁊ ego filius sic facio patri meo. Et iste fili⁹ quē videtis faciet mihi sic. Qd̄ dn̄s ita disposuit: q2 filius creuit ⁊ traxit patrē suum. Cui dixit pater. fili nō trahas me vltra: ego enī nō traxi patrē meū nisi vsq̄ꝫ ad istam ptē domus. O pr̄es eritis dānati propter filios vr̄os? Volo dicere honoremus deū eternū patrē ⁊ ecclesiā matreꝫ: patres spūales: ⁊ similiter genitores nr̄os Et vos filij si fueritis defectuosi corrigatis vos: seruādo ꝑcepta. ⁊ videatis q̄ꝫ benigne xp̄s est cōuersatus cū matre sua. Recurrātis ad virginē di. Aue.

¶ Ascende ad me ⁊c. More ꝯsueto querit̄ questio theologalis mota a magistris nostris theologis fundata in euāgelio quod

loquitur de quadā traditione antiquorū: terminatata a Scoto ꝓpe finem. Utrū sci licet intētio finis sufficiat ad meritū. Dicit Scotus: ꝙ triplex est bonitas. Quedā est bonitas ex gratie siue entitatiua. Alia est mo ralis ex circūstantia. Alia est bonitas meri toria. Bonitas moralis vltra bonitatē ex genere dꝫ includere oēs circūstantias req̄sitas ad talem actum. sicut pulchritudo nō dicit vnā qualitatē solū: sed dicit aggrega tionē requisitorū ad debitā proportionem membrorū. sic bonitas moralis. nō enī suffi cit ꝙ intentio sit bona: sed requiritur debita materia: debitus finis: debitū obiectū: de bitus locus: et debitū tempus: et sic de alijs.

¶ Leuate corda: quid dicitis timetis dam nari? Ostendi heri ꝑ legem et decretalem ꝙ qn̄ homo aut mulier sunt negligētes face re q̄ debent: si aliqđ sequat eis incōueni ens: ipsi sunt in culpa. Nos sumus negli gentes facere salutē aīaꝝ nostraꝝ: idō cul pabiles. Quid dicitis pater: nos credimus adhuc saluari: qꝛ deus dat nobis bonas mo nitiones et bonas ꝑdicationes: lꝫ pseuere mus in pctis nostris tn̄ in hoc cognoscimꝰ ꝙ deus nō deserit nos totaliter. Bn̄ dici tis sed nō totum. Habetur in antiquis. ex tra de consuetudine. c. cū tāto sunt grauio ra crimina: quāto diutius infelicē detinēt aīam alligatā. Idem habet. C. de seruo pi gnori dato. Incipit lex. sed creditoribꝰ. Al legans ꝓpriā turpitudinē nō est audiēdꝰ. Loquimini mihi. vos dicitis vos eē assue tos: et ꝓpter hoc nō posse resistere. Dicit pa pa ꝙ peccata ex consuetudine efficiunt gra uiora. Hoc est dictu ꝙ estis certiores de ve stra dānatione. Similiter imperator dicit ꝙ nemo dꝫ allegare ꝙ non possit penitere propter hoc ꝙ allegans suā turpitudinem nō est audiendus. Uolo dicere dimittatis modum vestrū viuendi et veniatis ad do minū qui vocat vos. Et sic ascendatis ad montē grē. iuxta ꝟba thematis preassum pti. Ascende ad me et c.

¶ In isto sermone erunt due ꝑtes.

Prima erit sacri euāgelij expositiua.

Secunda virtuose ascensionis demonstra tiua.

¶ Euangeliū duo continet: a q̄bus domi nus nos vult esse immunes.

Primū ypocrisis euulsio.

Scđm scandali oīmoda euitatio.

¶ Euangeliū est satis longū et dicit ꝙ cum vna die xp̄s ꝑdicaret discipuli erant cū eo scribe et pharisei surrexerūt in eū dicentes: quare discipuli tui nō seruant traditiones seniorꝝ: manducant enī nō lotis manibus. Isti iudei curabant magis de precepto se niorꝝ q̄ de precepto diuino. qn̄ enī comede bant de diuersis cibarijs sꝑ lauabant ma nus suas. Discipuli vero xp̄i qui vt freq̄n ter incedebant pedibus nudis et māduca bant illa que eis dabantur nō curabāt an haberent manus lotas. Cū igitur iudei di xerunt: tui discipuli frangunt traditionem seniorum. Tunc xp̄s dixit. quare et vos frā gitis precepta diuina ꝓpter traditiones ve stras: vbi Hiero. Falsa traditio verā tradi tionē cōfutabat. Dixit xp̄s in ꝑticulari ma gis exponendo. vos scribe et pharisei nun quid habetis in ꝑcepto diuino ꝙ debet ho norare patrē et matrē: dando eis necessita tes suas. vos dicitis ꝫm traditionē vr̄am ꝙ si aliquis portet ad templū illa q̄ debet parentibus ampliꝰ nō est obligatus parē tibus: et hoc non fecistis: sed per oēs vicos et plateas ꝓsumpsistis: hoc modo vos oēs qui habetis patrē pauperē detis templo: quia cū dederitis magis proderit vobis q̄ si daretis parentibus vestris. O infames ypocrite dixit christus: bene ꝓphetisauit đ vobis Isaias. Populus hic labijs me ho norat: cor autem eorū longe est a me. Estis hic filij quorum vna duodena plus va let q̄ vna centena. Et vos qui estis in do mo parentum vestrorum: qui non habe tis modum lucrandi vitam vestram: nec e stis doctores: neq̄ aduocati: nec mercato res aut mecanici: sed dumtaxat habetis bo na patrom vestrorum. Certe non potestis aliquid alienare sine scientia vel volunta te parentuꝫ. intelligo de pecunijs: secus aū tem esset de pane et vino pro sustētatione pauperum ꝫm facultatem domus. Infe ratis ex hoc domini ꝙ si filius non potest dare propter deuotionem bona parentum multo magis non potest dare meretrici bus neq̄ macquerellis: nec exponere in alijs malis et inhonestis vsibus.

¶ Istud habetur dige, de donationibus

filiorũ. Incipit lex filiusfamilias. ergo nõ oportet deponere parẽtibus ad dandũ templo. Sed qd est ꝙ xp̃s dixit. Popul⁹ hic labijs ⁊c. Credo ꝙ xp̃s loq̄bat nobis qui sumus de regno francie. Istud em̃ regnũ dicitur xp̃ianissimũ: sed dubito ꝙ sitis ypocrite. Isidorus em̃ hyspaleñ. lib. de summo bono dicit ꝙ ypocrita est qui simulat vnũ ad extra: ⁊ aliud ad intra. Et dr̃ ab ypo ꝙ est sub ⁊ crisis aurũ. q. appens aurũ. Quicũq₃ em̃ portat habitũ sanctitatis ⁊ ꝯtrarium facit: põt dici ypocrita. de q̃bus di. xp̃s Math. vij. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Vos portatis habitũ xp̃iane religionis: ⁊ oppositã vitã ducitis. certe vos estis ypocrite. vñ Augu. lib. de doctrina xp̃iana. Christianus ẽ nomẽ sanctitatis: virtutis: ⁊ iusticie. Qui igitur hoc nomen sibi assumit ⁊ nõ meret habere vere ypocrita est. Vos venitis ad missam: portatis pater noster: ⁊ horas vestras vos honoratis deũ ore: cor aũt vestrũ longe est ab eo. Bernar. sup illud. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. dic̃ ꝙ ecc̃lia passa est triplicẽ ꝑsecutionem.

Prima fuit a tyrãnis.

Scd̃a ab hereticis: ⁊ ista fuit amarior.

Tertia ab ypocritis: ⁊ ista est amarissima.

¶ O q̃ fera pestis. Cauete ypocrisim. sitis boni xp̃iani. Nunq̃ vidi in ecc̃lia maiores dissolutiones q̃ in regno francie. ego vidi mauros: sed si aliq̃s eorũ fecerit vnũ iuramẽtũ nunq̃ faciet oppositũ. ⁊ si quis eorũ fuerit vxoratus: nunq̃ cõmittet adulteriũ: sed qd de vobis gallicis? dicatis mihi in ꝯsciã si ꝑiuramenta facitis: si frangitis matrimonia. certe dicitis sic. Scd̃m v̾bũ euangelij est scandali euitatio. dixit xp̃s. Mãducare em̃ nõ lotis manibus nõ coinquinat hominẽ: de corde aũt exeunt adulteria: male cogitationes: ⁊ silia. Tũc discipuli dixerũt xp̃o. dñe nunq̃d vidistis ꝙ scribe ⁊ pharisei audito hoc v̾bo scandalizati sunt? Dixit eis. sinite eos: ceci sunt ⁊ duces cecorũ. Quid dicitis? non curatis dare scandalũ. ve mũdo ab scandalis. vtinã oẽs abstinerent. Tho. in. ij ij. q. xliij. Dicit ꝙ scãdalũ est dictũ vel factũ prebens accasionẽ ruine. De isto scandalo qd̃ est datũ dicit xp̃s ꝙ expedit ei vt suspẽdatur mola asinaria in collũ eius: ⁊ demergatur in ꝓfundũ maris. Inter oĩa mala q̃ possunt fieri in vna villa nullũ aliud mai⁹ malũ est q̃ dare alijs exemplũ male viuendi. Ideo Bernar. Aĩa est adeo p̃ciosa ꝙ nihil põt existimari ea p̃ciosius. Ideo si oĩa bona mundi essent in vna statera: ⁊ aĩa sola in alia ꝑte statere: cũ sit redẽpta p̃ciosissimo sanguine iesu xp̃i: plus põderat q̃ oĩa bona mundi. Quid ergo dicemus de illis qui nõ solum vnã aĩam: sed plures perdũt nunq̃d sunt digni grauissima pena? Estis hic macquerelle dyabolice? qui excoriaret vos viuas: nõ faceret vobis sufficiẽtes dolores. Et vos dñi prelati: doctores ecclesiastici: ꝑdicatores ⁊ omẽs tales: nunq̃d datis scandalũ qñ publice peccatis? pensate horror vos q̃ graue pct̃m sit scandalũ. Audite me rogo: nunq̃d Ambro. ⁊ alij doctores dicunt ꝙ pena Arrij nõ est adhuc cõsummata. quãto em̃ plures dãnabunt pro sua heresi: tanto plus cruciabitur ⁊c. Expedit ergo em̃ sniam saluatoris pati qui aliũ scandalizat cui sua dãnatio non sufficit: sed sic dyabolus sua cauda peccati alios in dãnationem trahit: expedit inq̃ ꝙ suspendatur mola asinaria ⁊c. Cauete ergo a scandalis: reuertimini ad dñm ⁊ miserebitur vr̃i. Et sic ascendetis ad montẽ gratie. Iuxta verba thematis preassumpti. Ascende ad me in montem ⁊c.

¶ Quantũ ad secũdã ꝑtem. Dñi si habetis bonũ cor spero ꝙ eritis saluati. ps di. Laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumus. Oportet si velimus ascendere ad montem gratie stare in quarta mãsiõe. necesse est ei integraliter ⁊ veraciter confiteri. Dicebam heri ꝙ nõ oportet facere vnũ fasciculũ de peccatis: sed oportet dicere multitudinem: ⁊ tẽpus qñ incepistis. Pro nũc op₃ ostendere ꝙ confessio d₃ esse integra. Ad hoc habemus auctoritatẽ: figurã: ⁊ rõem. Augu. est ad hoc. ⁊ recitatur in canone de penitẽ di. v. ca. Consideret. Caueat autẽ penitens ne verecundia ductus confessionẽ diuidat deus nõ dimidiat veniam. Leuitici. xiiij. scribitur ꝙ qui mundabatur a lepra radebãt pillos pellis sue. Iohã. iiij. Totum hominẽ saluũ feci in sabbato. Dico ergo christus nõ dimidiat veniam. si em̃ dimittatis

vnū peccatū ꝛ dicatis aliud qn̄ vaditis ad sacerdotē: si non habeatis nisi duo peccata vos reportatis tria. Quale remediū? Faciatis ꝙ confessio sit integra. ꝛ si aliqn̄ dimidiaueritis: redeatis ad eundē confessorē: ꝛ dicatis. pater ego scienter omisi tale pctm̄: de quo quero pn̄iam: ꝛ de illo qđ nouit omisi mentiendo. Si vero nō inueniatis eundē ꝯfessorē: dicatis alteri totū qđ fecistis ꝛ etiam illā fictionē. ¶ Sed dicetis. pr̄ ego non habui memoriā de vno: aut nesciebā ꝙ eēt pctm̄: ꝛ audio p̄dicare ꝙ est pctm̄ vtrum fit necesse ꝙ redeā ꝛ vadā ad eundē cōfessorē: aut dicam omnia pctā que cōmisi? Dico ꝙ non: si feceris quod in te est. Dico igitur ꝙ si fecerim⁹ debitā pn̄iam ꝛ diligentiā ꝛ lauauerim⁹ oīa vestimenta nr̄a: ꝛ raserim⁹ oēs capillos capitis nostri: erim⁹ mūdi a lepra pcti mortalis: ꝛ remittet nobis dn̄s quicqđ fecerim⁹. Sed fatuus noluit intelligere vt bene ageret. Sūt ne aliq̄ dn̄e in ista ciuitate dormientes vsqꝫ ad horā decimā? ꝛ aliqui mūdani qui non curant de conscientia nec de sermonib⁹ sicut canes: nec confitentur nisi semel in anno: nec meditantur in confessione in pctis suis plusqꝫ pecus. ¶ Dicatis nobis pr̄ vtrum tales excusanť si nesciant ꝯfiteri? Dico ꝙ nō: sed eis imputantur: q2 noluerūt intelligere vt bene agerēt. noluerunt cognoscere qn̄ habuerūt opportunitatē. ¶ Sed dicet aliqua ꝓba mulier. pr̄ ego habeo remorsum in cōsciā de aliquo qđ ego feci in matrimonio: sed cōfessor nunqꝫ me interrogauit. nescio si illud sit mortale vel veniale. quero a vobis vtrū teneať illđ cōfiteri. Respōdet Bonauētura in. iiij. dist. xvij. ꝙ quis obligať de necessitate salutis ꝯfiteri oīa peccata mortalia. ꝛ etiā dicere illud de quo cōsciētia remordet eum. Utrum sit peccatū mortale vel veniale. si ei nō diceret quis exponeret se in periculo dānatōis eterne. Uos igitur mulieres debetis sic dicere. pater ego fui confessa sepe: ꝫ habeo dubium: vtrū tale quid sit peccatū mortale vel nō. Sꝫ dicet ad hec aliqua mulier. pať ego fui confessa viro docto ꝛ ꝓbo iudicio meo. sed adhuc anima mea non est q̇eta. Dico ꝙ vos debetis credere confessori perito magꝫ ꝙ proprie fantasie. Nā articulus fidei est. Credo remissionē peccatoꝝ. Non. eñ debemus ponere ꝓ obice salutis qđ datū est ad salutē animaꝝ nostraꝝ. Uolo dicere nō veniatis ad confessionē nisi oīa integre velitis confiteri. Et sic ille q̇ pendet in cruce dabit vobis suā hereditatē. Amen.

¶ Feria quīta tertie dn̄ice. xl. Ser. xxxiiij.



Ascende ad me in montem et esto ibi. Bonas facite vias vr̄as ꝛ studia vestra: ꝛ habitabo vobiscū ī loco isto. Hiere. vij. ¶ Dn̄i ꝛ aīe deuote si tenuistis doctrinā heri habitā: restat ꝙ laborare debetis ꝓ salute aīaꝝ vestraꝝ. Dixi heri ꝙ opꝫ honorare deū patrem ecclesiā matrē nostram. Ad istud ꝓpositum dicit hiere. Sta in porta ꝛ predica verbū dn̄i. Cum lego verba ista venit mihi in mentē modus dicendi xp̄ianoꝝ Judei ei dicebant in quodā ꝓuerbio. Templū dn̄i: templū dn̄i. ac si dicerent. ad seruiendū deo sufficit habere templū. Dn̄i (dicit hiere.) nolite vosipsos decipere. bonas facite vias vestras. i. operationes ꝛ studia. i. cogitationes. ꝛ habitabo vobiscū ꝛ nō aliter. O pauperes xp̄iani: nūquid dicitis in cordibus vestris. xp̄s creauit nos xp̄us redemit nos ꝛ ꝓmisit paradisum. dedit nobis baptisma. hoc totū verū est: sed non sufficit sed opꝫ cōuertere vias nostras ꝛ deponere rubos spinas ꝛ lapides: vt dn̄s habitet nobiscū. Nihil eñ dulcius pōt dici. Nolite cōfidere in verbis mendacij dicentes templū dn̄i: quia opꝫ conuertere vias. ¶ Terret me verbū augu. de fide ad petrū dicētis: ꝙ non oēs xp̄iani qui baptisati sūt saluabūtur. Uolo dicere deponite sordes pcti: recurrite ad beatā virginē dicendo. Aue.

¶ Ascende ad me in montē ꝛc. More consueto moueť questio theologalis a mgr̄is nostris: fundata in euāgelio hodierno vbi dicitur ꝙ xp̄s expellebat diabolos a corporibus hoim̄ qui dixerūt. iesu nazarene vt qđ venisti perdere nos. querit Bonauētura in ij. dist. xij. Utrum demones cognouerint ꝙ xp̄us esset verus filius dei. Et videť ꝙ sic quia nō cessabant loqui dicentes. Cognoscimus te esse filiū dei. In oppositum. i. ad Corinth. ij. Si cognouissent nunqꝫ dn̄m glo

rie crucifixissent. Dicit de lyra: ꝙ duplex est cognitio. Quedã est coniecturalis. Alia est certitudinalis. Demones videntes tempus scripturarũ ꝛ ꝓphetias potuerũt cognosce re cognitione coniecturali: sed nõ certitudi nali. Scotus vero.x.distin.ij.dicit ꝙ demo nes multa ꝑ suam potentiã potuerũt a qui bus priuãtur ꝑ diuinã potentiã. Ideo mul ta latuit eos circa misteriũ incarnatõnis ꝗ scire potuissent si fuissent a deo ꝑmissi. Le- uate corda: timetis dãnari. funderis vos in verbo heri dicto. Nũquid dicitis vos mun dani: nos cõsueuimus sic viuere vel min⁹ nolum⁹ oꝫ ita facere. Dixi insuꝑ: ꝙ allegãs ꝓpriã turpitudinẽ nõ est audiendus. Dice tis forte. deus nõ ꝑmittet nos dãnari: quia ipse est paf noster. verũ dicitis: sed nõ totũ. Habetis legẽ ciuilẽ. ff. de iure deliberandi ꝛ adeũda ꝛ acq̃renda hereditate. l. scim⁹. §. sin vero. vbi dr. legis nr̃e beneficio nõ pfru untur quã contẽnendaꝫ eẽ censuerũt. Ad ꝗ est decre. extra de vsuris ca. q2 frustra. Fru- stra legis auxiliũ inuocat q̃ cõmittit in le- gem. ¶ Estis hic macq̃relle quẽadmodum vxor ꝓcuratoris vocatur ꝓcuratoria sumẽ do nomen mariti: sic vos que estis vxores diaboli potestis vocari diabolice. ¶ Leua- te pectora. Quedã hystoria referf: ꝙ quedã mulier habuit tres filios: quoꝝ vn⁹ fuit so lũ legitim⁹. cum vero venit ad mortẽ dixit mulier marito: ꝙ vnus illoꝝ tm̃ erat filius eius: nullũ sibi noĩando. Pater vero insci⁹ quis eẽt filius eius moriens dedit heredi- tatẽ filio ꝑmo. Deinde facta est lis magna inter illos tres q̃s illoꝝ esset heres. Iudex vero ordinari⁹ corp⁹ pr̃is extrahi iussit de sepulchro ꝛ cuilꝫ illorũ triũ sagittas dedit ꝛ arcũ: ꝛ qui ꝓpiqui⁹ iret ad cor pr̃is: ille es set heres. Duo ꝑmi sagittauerũt ꝯtra pr̃em venit tertius q̃ erat verus filius ꝛ cõmota sunt viscera eius dicens. Dñe iudex nõ pla ceat deo: ꝙ ego ꝯtra patrẽ meũ sagittã mit tam: malo em̃ priuari hereditate: q̃ꝫ patreꝫ meũ sagittare. Tũc dixit iudex. tu es verus heres. date illi hereditatẽ. ¶ Ad istud ꝓpo situ dicit lex: ꝙ qñ est vn⁹ filius q̃ ĩpugnat patrẽ signũ ẽ ꝙ nõ ẽ ver⁹ fili⁹. ¶ Moralif. Dñi vos dicit⁹ oẽs ꝙ estis filij dei. vr̃ ne vo bis ꝙ nõ faciatis dedecus pr̃i vestro? Nun q̃d Paul⁹ ad Hebre. xij. dicit. ꝙ exñs extra correctionẽ patris est extra filiationẽ. Que ro vobis qualiter vos emendat⁹: vos relin- quitis seruitiũ dei ꝛ vaditis ad seruitium diaboli. Luce. xi. Qui mecũ nõ est cõtra me est. ꝛ q̃ mecũ non colligit mecũ dispgit. Nũ quid ille qui trahit contra patrẽ ostendit se nõ esse filiũ patris? Sic etiã ille qui morta liter offendit deũ dat maximũ signũ ꝙ non est filius dei. Hortor vos vt seruiatis deo ꝛ dimittatis peccata vt ascendere valeat⁹ ad montẽ gratie. Iuxta verba the. preal. Ascen de ad me ꝛc.

¶ In isto sermone erũt due partes.

Prima erit sacri euãgelij expositiua.

Secunda ascensionis spiritualis demon- stratiua.

¶ Quantũ ad primũ euãgeliũ duo cõtinet.

Primo vicij ꝛ pcti decisionẽ.

Secũdo ꝑmij ꝛ meriti acquisitionẽ.

lidos. Ex secundo legis capite habetur quod si aliquis secundo vel tertio susceperit preter ipsum dominum debet dare domino duos vel tres alios in estimatione pro vnoquoque. Et sic per eandem legem patet quod recidiuans in peccato grauiori pena punitur. Quid ergo faciet deus moderni temporis peccatoribus totiens vocatis per ipsum ad penitentiam et misericordiam eius renuentibus qui indurauerunt facies suas et noluerunt reuerti. Hieremie.v. Qui nec a piurijs cessant nec a blasphemijs: non ab ebrietatibus luxurijs vsuris: nec ludis abstinere volunt. Non audierunt eum: vt dicitur Hieremie.ij. Nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt in voluptatibus suis et in prauitate cordis sui male quibus certe comminatur dominus. Iuxta propositionem primeuam. Nemo virorum qui vocati fuerunt gustabunt cenam meam. Quod thema allegatum continet quattuor de quibus fit mentio in euangelio; videlicet.

Cenam.
Vocationem.
Excusationem.
Et expulsionem.

De quibus quattuor in duobus sermonibus dicetur.

¶ In primo erunt due partes.
Prima erit de sublimi cene preparatione.
Secunda de mirifice vocationis dignatione.

¶ Quo ad primum secundum dictum Gregorij per hominem iustum qui cenam magnam fecit xpus intelligitur qui fecit cenam in hoc vel in presenti vel in futuro per glorie collationem. Dicamus aliquid de qualibet. De prima ei intelligitur illud. Apoca.iij. Ego sto ad ostium foris et pulso. si quis aperuerit mihi ostium intrabo ad eum et cenabo cum eo. Immo ipse christus est cibus. Iohan.vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Nam omnes effectus quos cibus corporalis imperfecte efficit in corpore hic cibus facit in anima perfecte. Cibus enim corporalis nutrit augmentat ac roborat corpus. Sic vtique cibus eucharistie nutrit animam in bonum: augmentat virtutes et merita: et econtra omnem tentationem roborat. hic est panis de celo descendens si quis manducauerit ex eo viuet in eternum. vnde de conse. dist.ij. Qui manducant et bibunt. Illud manducare est refici: et illud bibere est viuere. Hec cena nobis proponitur quotienscunque nobis missa celebratur. Nec solum missa dicitur vt solum verba misse legamus vel audiamus: sed vt potius spiritualiter nutriamur. Dicit enim beatus bonauentura.iiij. distin.xiij. Ille est qui dicit vel audit missam: non enim qui legit vel audit verba misse sed qui attendit ad memoriale hoc passionis domini nostri iesu christi. Sicut autem vt homo nutriatur exigitur primo vt cibum masticet: et masticatum in stomachum trahat: et tractum retineat ac sibi vniat. Sic vtique volens nutriri spiritualiter debet cogitare per fidem quis est hic deus scilicet verus et homo passus et crucifixus: ac iudex futurus. et hoc fit per fidem deinde in stomachum sui desiderij trahat eum: omnia contempnendo vt sibi possit adiungi. et hoc fit per spem. Tertio vniat sibi voluntatem suam per amorem delectabiliter: ordinabiliter: et obedientialiter et hoc fit per charitatem. Et tunc nutrietur. Vnde augustinus super Iohan. Et ponitur de conse. dist. ij. ca. Crede in christum iesum supple fide formata hoc est manducare panem viuum. qui credit manducat et inuisibiliter saginatur quod est dum mandata eius seruantur. Vere magna cena vbi talis cibus proponitur. habemus enim altare dei de quo potestatem edere non habent nisi qui in tabernaculo deseruiunt moysi vbi habebant comedere vitulos et agnos. Sed ve mundo qui de hac cena non vult gustare: immo potius cum filijs israel affectantibus porros cepas et allia egypti dicunt. Anima nostra nauseat super cibo isto. O si parietes ecclesiarum aures haberent os et oculos dicerent vtique. Quid ecclesiastici scholares iuuenes puelle mulieres mediocres nobiles tempore huius cene preparant? O bone deus qui non tanta flagicia: nutuum aspectuum: verborum: tactuum: affectionum: pomparum: ac iudiciorum in ecclesia tua in tui sacri corporis presentia tempore quo debetis honorari permittitis? Vere potest dicere quod dicitur. Hieremie.ij. et ponitur de consecratione distinctione.ij.ca. Qui scelerate viuunt. Quid est quod dilectus meus operatus est in domo mea sce-

lera multa:O xp̄iani dānati vt quid loco ⁊
tempore spiritualiter deditis ad deū placā-
dum illum ꝓuocare illū nitimini. Nisi mādu
caueritis supple spiritualiter carnem filij
hois non habebitis vitā in vobis. Johā. vi.
Hoc timeas ⁊c. Alia cena quā hō iste prepa
rauit in fine hui⁹ seculi scȝ gloriā paradisi q̄
quidē cena magna est ⁊ rōne loci ⁊ ratione
persone preparantis ⁊ rōne epulaꝝ. de hac
Apoca.xix. Beati qui ad cenā agni nuptia-
rū vocati sunt. Faciet dn̄s exercituū oībus
populis in monte hoc cōuiuiū pinguiū cō-
uiuiū vindemie cōuiuiū pinguiuȝ medu-
latoꝝ vindemie deficcate. ysaie.xxv. De hac
Bernardus in quodā sermone seu medita-
tionib⁹. Illud est summū ⁊ verū gaudiū qd̄
nō de creatura:sed de creatore cōcipit qd̄ cū
possideris nemo tollet a te:cui⁹ aliūde oīs
iocūditas cōparata meror est: oīs suauitas
dolor:omne dulce amarū:omne decorū fedū
postremū omne qd̄ delectabile vel delecta-
ri potest molestū. O popule:o mundane hō
miser de hac cena cogita ne sis velut bestia.
attende stature tue qualitatē. Pronaqȝ cuȝ
spectant aīantia cetera terra. Os hoi subli-
me dedit:sursumqȝ videre Jussit. p̄mo me-
thamorfo. Audi q: si illā refutas scȝ in hac
miseria contētus manere nūquid ad illam
intrabis. Juxta ꝓpositionē primeuā. Nemo
viroꝝ illoꝝ q̄ vocati sūt gustabūt cenā meā.
¶ Quo ad secūdum p̄ncipale parū fuit diui
ne dignationi cenā opulentissimā prepara
re vbi sūt thauri ⁊ altilia.s.societas sancto-
rū veteris testamēti qui in tp̄alibus bonis
bene vtendo abūdauerūt a testamēti noui
q̄ p altilia designātur: q: mūdana spernen-
tes ad celestia corda leuauerūt. Vocat autē
deus ad hanc cenā tribus modis.
Generaliter.
Specialiter.
Specialissime.
¶ Primo vocat gn̄aliter dando eis naturaȝ
rōalē ac oīa ad salutē necessaria.i.Thimo.
ij. Vult deus oēs hoies saluos fieri. ⁊ Actu-
uȝ.x. In veritate cōperi q: nō est ꝑsonarū ac
ceptor deus:sed in omi gente q̄ timet deū ⁊
operaẗ iusticiaȝ accept⁹ est illi. Unde hic dr̄
ꝙ paupes,cecos ⁊ nudos iussit intre. Scd̄o
vocat spiritualr̄. bona tp̄alia ac grās grad
datas multis ꝯferendo. Et figurātur isti p
tria genera hominū hic positoꝝ habētia bo
na nature:fortune:⁊ gratie gratis date. di
gnitas ville ad dona fortune ꝑtinet. Quin
qȝ talenta sensuū per q̄nqȝ iuga boū figura
ta. Ad complementū nature vxor matrimo
nialiter ducta ad ꝑfectionē sacramentalis
gratie. ⁊ ideo sunt data homi vt p ipsa ten-
dat in deū. Ecclesiasti.xxxix. Bona bonis cre
ata sūt ab inicio.⁊ infra multis bonis enu-
meratis dicit. hec oīa sanctis in bona:⁊ im-
pijs ⁊ peccatorib⁹ in mala cōuertentur. Di
cit enī ambrosius in homelia. Sicut diuitie
improbis sunt occasio dānationis:sic ⁊ ibo
nis sunt adiuuamenta virtutis. Tertio vo
cat specialissime. Ozee.ij. Adducā eam in so
litudinē ⁊ loquar ad cor ei⁹. Hec vocatio fit
per internā inspirationē. Aliquādo per ex-
ternā tribulationē. Aliquando p vnā predi
cationeȝ. Que oīa hic deus ordinauit ad ex-
trahendū hoīeȝ a pctō suo ⁊ ad reducendū
eū ad vitā paradisi. De hoc habem⁹ figuraȝ.
Gen̄.vi. In agar ancilla que dn̄aȝ suā despe-
xit:⁊ recedēs ab ea fugit in desertū locum.
Cui angelus apparēs dixit. Reuerte ad do
minā tuā ⁊ humilia te sub manib⁹ ipsius.
Quāquidē figurā ꝑtractans btūs Augus.
sup Joh. ⁊ habeẗ.xxiii.q. iiij.ca.qn̄ vult.sic in
quit. Ad h̄ ancilla affligiẗ vt reuertaẗ: q: p
les eius prolis cū fratrib⁹ hereditatē tene-
bit supple in prima. Hec specialissime voca
tur in hoc qd̄ dr̄ de q̄busdā. Compelle eos in
trare. Et q̄s est qui nō fuerit sufficienter vo
catus:q̄s murmurare sufficeret:quot inspi
rationes:quot monitiones sup cōuersione
nostra:quot deniqȝ informatiōes exēpla p̄-
dicationes q̄ oīa cōtulit altissim⁹: Sed pro
ch dolor ceperūt oēs singuli se excusare:vt
diceẗ pleni⁹ in s̄mone sequēti. Vere pōt di-
cere dn̄s iesus illud. Job.xix. Seruū meū vo
caui:⁊ nō respōdit mihi. ore ꝓprio depcabor
eū. Sȝ audiāt tales q̄d.xciij.di.ca.dyaconi.
scribiẗ. Miseratio dei ac pietas solū nostrū
redituȝ req̄rit. Si autē duri colli fuerim⁹ si
reuerti noluerim⁹ assidue peccantiū nō mi
serebiẗ deus. Audite h̄ pctōres obstinati:
audite hoc q̄ p totū annū nec de cōfessione
nec de salute cogitatis:s̄ potius vt bruta vi
uitis. quia veniet dies in qua erit cena clau
sa qui nūc eam refutatis. Juxta thema pre
assumptū. Nemo viroꝝ illorum qui vocati

sunt gustabunt cenam meam.

¶ Dominica.ij.post penthe.post prandi-um.Sermo.iiij.



Emo viro-rum illo℞ ⁊c.vbi sup̄.Vide-te ne recusetis loq̄ntē. Si em̄ illi nō effugerūt recu-santes eū qui supra terrā loquebat̄: multo magis q̄ de celis nobis lo-quentē aduertimus: cuius vox mouit ter-ram tūc:nūc autē repromittit dicens. Ad-huc semel ⁊ ego mouebo nō solū terrā:sed ⁊ celū.Ad hebre.xij.Ad idurates peccatores per oppositū verba sūt ista. Ubi duo notāt̄.
Primū saluatoris monitio.
Scđm eius dura cōminatio.

¶ Cum em̄:vt dictū est in sermone p̄ceden-ti:deus multipl'r nos vocet ad cenā super-nam merito infertur.videte ⁊c.Loquit̄ em̄ sanguis xp̄i imo ip̄e xp̄s cōmemorādo suā passionē. Treno℞.iiij.Recordare pauperta-tis mee. Et ad ipsius imitādo sequelā. pri-me Petri.ij.Christus pro nobis passus ⁊c. Merito ergo nos nō debemus recusare:q2 quicq̄d petit:quicq̄d precipit pro nr̄a vtili-tate ⁊ nr̄o bono petit ⁊ precipit.vn̄ Hiero. ad celanciā.Quid tam ingratū tam super-bum videri pōt q̄ꝫ aduersus eius viuendo voluntatē que ideo aliquid imperat vt cāꝫ habeat remunerandi.neq3 em̄ obseq̄o nr̄o deus indiget:sed illius imperio indigem⁹ ⁊ hoc vt nos puenire faciat ad cenā suam. Unde merito subiūgitur dura cōminatio. Si em̄ filij israel quib⁹ deus solū p̄mitte-bat terrā ꝯtemnēdo eius p̄missa grauissi-me puniti sunt adeo ꝙ oīs a.x.annis mor-tui sunt i d̄serto duob⁹ dēpt̄ q̄d faciet xp̄ia-nus ꝯtēnens promissionē eterno℞ ac cene infinite. Timeamus ait ap̄ls ad Hebre.iiij. Ne forte relicta pollicitatōe itroeūdi in re-quiē eius existimet̄ aliq̄s nobis deesse. Et ad Hebre.x.Irritam q̄s faciet legē Moysi sine vlla miseratiōe duobus aut tribus te-stibus morit̄.q̄to magis deteriora putatis eū p̄mereri supplicia q̄ filiū dei cōculcauit ⁊ sanguinē testamēti pollutū duxerit ⁊ spi-ritui grē ꝯtumeliā fecerit. Talibus certe di-cet illud Prouer.i.Vocaui p̄ inspirationē ⁊ rēnuistis.extendi manū meā per beneficio-rū largitionē ⁊ nō fuit qui aspiceret. despe-xistis omne cōsiliū meū de penitēdo de mū-do contēpnendo de a peccato cessando ac a-lia opera iusta faciendo. Increpatōnes quo-q3 meas per reprehensiones flagellatōes ⁊ ꝯscientie remorsus neglexistis.sequit̄ puni-tio. Ego quoq3 in iteritu vestro ridebo ⁊ sub-sānabo vos. Hoc consonat themati nr̄o. Ne-mo viroꝝ ⁊c. O deus quid ergo agent mi-seri⁹ peccatores spacio. x.xxx.annorum vel plus in peccatis fuerūt:monita dei spreue-runt. Audiant apostolū ad Hebre.iiij. Adea-mus inquit cū fiducia thronū gratie ⁊ mi-sericordiā inueniam⁹. hic thron⁹ est deus p̄-mo.secūdo beata virgo ⁊ hoc dūmō a pctis decetero desistere velint: alioqui si recusant audiant q2 nemo viro℞. ¶ Pro fundamēto mouet̄ questio iuxta illud euāgeliū. Exi in vias ⁊ sepes ⁊ quoscūq3 inueneris cōpelle i-trare. Utrū liberū arbitriū possit a deo cogi. Respondet bonauē.distin.xxv.ij.arti.ij.q.v. Illud quesitum potest intelligi dupl'r. Uno modo ꝙ deus possit auferre libertatē ⁊ il-lam auferendo subinducere coactionem: ⁊ hoc modo nulli dubiū esse d3 q̄n deus possit hoc facere q̄ꝫtū est de imensitate sue poten-tie. Aliomō pōt intelligi ꝙ deus cogat libe-rum arbitriū salua p̄prietate libertat ⁊ ei⁹ natura.⁊ etiā hoc modo nō solum est possi-bile sed etiā in itelligibile p̄ eo ꝙ implicat in se duo cōtradictoria opposita:ex hoc ꝙ li-berū arbitriū est si aliq̄d vult:libere vult: et seipo mouēte vult. Ex hoc aūt ꝙ cogitur si quid vult seruiliter vult: ⁊ si aliquid inuite vult ab alio vult.q2 violentū est cuius p̄nci-piū est extra nō conferente vim passo: ergo liberū arbitriū cogi nihil aliud est q̄ꝫ actus liberi arbitrij simul ⁊ semel liberū ⁊ seruilē volūtarium ⁊ nō voluntariū esse a se ⁊ nō a se. Sic ergo impossibile est: q2 claudit in se vtrāq3 partē cōtradictionis.hoc modo non est tantū impossibile creature verū etiā cre-atiue nature q2 illud posse non est posse nec mouere deb3 auctās allegata sicut nec illa. Johan.vi. Nemo pōt venire ad me nisi pat̄ meus traxerit eū.⁊ illud Prouer.xxi. Sicut diuisiones aqua℞ ita cor regis in manu dn̄i quocunq3 voluerit inclinabit illud. hec oīa habent intelligi ꝙ deus sua infinita poten

tia voluntatē creatā imutat imittendo affectiones contrarias. Sicut em̄ de amatore temporaliū eoꝝ facit contēptorem in qua imissione non est, coactio pro eo ꝙ ita voluntarie volo illud quod deus imittit sicut illō quod ex meipso volo. Non mirū si plures dānantur. Dicent forte quidā ꝙ non sic contumax est populus iste prout inuebatur i sermone precedenti. Cōueniūt enim ad ecclesiam: missam audiunt: predicatōni intersūt: vt quid ergo excōmunicabūtur? Sed audiant tales non solū contumax est qui monitus non cōparet: sed etiaꝫ qui iussus a iudice vbi offensa est manifesta nō vult emēdare. sicut habetur de verboꝝ signi. ca. ex parte p̄mo in fine. iussus em̄ non satisfaciens contumaciā cōmittit. ff. de rei vendicatione. l. q̄ restituere. Audiant hoc cūcti moderni tēporis xp̄icole ꝙtum qualiter vel quō se corrigunt. si vsuras restituūt. si pignora reddūt si alleas dimittunt. si a luxuria caueant: a mendacijs: piurijs: ⁊ ebrietatibus: quod cuꝫ nō faciant pluries tñ̄ vocati pluries moniti pluries iussi diuinā misericordiaꝫ eos cōminantē intrare audeāt. Quia nemo viroꝝ ⁊c. ¶ Viso in sermone precedenti de sup̄me cene ampla preparatione ⁊ ad illam multiplici vocatione: ordine sequenti de duobus est agendum.

Primū d̄ humane segniciei nequicia in sui excusatione.

Secūdum de diuine voluntatis iusta indignatione.

¶ Quo ad primū: ⁊ si nullus neget se velle ire ad gloriā ac salutē cōsequi: opere tamen plures exhibent se hoc nolle. Dicit em̄ euangeliū. Cuꝫ seruus missus iret ad inuitatos simul ceperunt se om̄s excusare. de q̄b⁹ Job xxi. dixerunt deo. Recede a nobis: scientiaꝫ viarū tuarū nolum⁹ quis est omnipotēs vt seruiam⁹ ei ⁊ quid nobis prodest si orauerimus illū. De hoc quoqꝫ ad Tytuꝫ. i. Fatentur se nosse deum: factis aūt negant. Cum em̄ vt dicit augustin⁹ in sermone de ascensione. Nullū viciū nostrum ascendit cū mediatore nostro. Si volumus cuꝫ eo ascendere vicia ⁊ peccata debem⁹ deponere. Si vtiqꝫ si ad cenā gratie vel glorie volum⁹ pertingere: peccata debem⁹ deserere. Filijs nēpe israel datū fuit māna qn̄ eis d̄fuit faria egypti non autē ante. Sicut nullomodo est possibile dei gloriam ⁊ gratiā adipisci ⁊ in peccatis viuere. Cum em̄ quis dicit se nosce deuꝫ ⁊ mandata eius nō custodit mendax est. Johan. i. vnde Hiero. Estimant quidē ait quotienscūqꝫ vincimur a vicijs: totiens deū negamus: ⁊ econtra. quotiēs bene agimus: totiens deū confitemur. de hac puto confessione christus precepit apostolis suis dicens. Eritis mihi testes in hierusalem ⁊ in omni iudea ⁊ samaria ⁊ vsqꝫ ad vltimū terre. Motiua quib⁹ humana natura trahitur ne ad salutem tendat ponūtur cum dicit: villam emi: ⁊ iuga bouꝫ ⁊ vxoreꝫ duxi. Hec sūt tria vicia omniū alioꝝ radices ⁊ fomenta superbia auaricia ⁊ luxuria. Per villam notatur superbia seu appetitus dominandi: ex quo nascūtur ambitiones scismata diuisiones inuidie secte: ⁊ contētiones. De hac d̄r Eccl. x. Initiū omnis peccati superbia. ⁊ Prouer. ij. Vbi superbia: ibi ⁊ contumelia quā sūme desiderabat fugere qui dicebat. Non veniat mihi pes superbie. ⁊ merito: q: talis non vadit ad cenā. Non habitabit in medio dom⁹ mee qui facit superbiā. maxime si laboret superbia pharisiaca vel luciferiaca. Dicit eniꝫ chrysostom⁹. ⁊ ponitur di. xl. ca. multi sacerdotes. Quicūqꝫ desiderauit primatū in terra confusionem inueniet in celo: nec int̄ seruos dei computabitur q̄ de primatu tractauerit. Per iuga boum notatur auaricia: ad quā homo applicatur per q̄nqꝫ sensus exteriores. Sicut boues arant ⁊ vertunt hi sūt qui oculos suos statuerunt declinare in terram. de quibus Prouer. xvij. Oculi stultorū in finibus terre. ⁊ hoc vel male acquirendo vel iniuste detinendo vel imisericorditer et illa restituere nolendo. Hiere. viij. Apprehēderūt mendaciū: ⁊ noluerūt reuerti. Bonorū em̄ vt dicit grego. ⁊ ponit̄ dist. xlvij. ca. bonorū auctori aliter inherere non valem⁹ nisi cupiditatē: que radix est omniū malorū a mentibus nostris resecem⁹. Per vxorē vero notatur luxuria: siue in matrimonio: siue extra. Licet em̄ vxore sine peccato quis possit vti: tamen q: sepe perniciose ducit̄: ⁊ ducta quis aliquādo p̄niciosius vtitur. Ideo notāter dicitur vxorē duxi in eos qui ita cōiugia suscipiunt: vt deuꝫ a se ⁊ a sua mente excludant ⁊ sue libidini vacent. Sicut equ⁹ ⁊ mu

lus quibus non est intellectus. Super eos habet potestatem diabolus. Thodie.vi.nec tales ad cenā tendunt.ad Ephe.vi. Hoc autem scitote intelligentes: qm omnis fornicator aut imundus non h3 partes in regno xpi et dei.et Ambrosius.et ponitur.xxxij.q.iiij ca. Nemo si blandiatur.nulli inquit licet scire mulierē preter vxorem. Ideo coniugiū datum est tibi ne in laqueū diaboli incidas. ¶ Sed petet quis. An sint multi se excusātes. Dicit euangeliū φ oēs. Et veru3 est de generibus singulorum: sed de singulis generū si non sit veru3: tamen φplurimi sunt irretiti his criminibus.et scriptura declarat: et experiētia pchdolor mōstrant manifestat. De multiplicitate superbie dr Ezechiel.vij. Germinabit superbia iniquitas surrerit in virgam impietatis. De multiplicitate auaricie. Hiere.vi. A minimo vsq3 ad maximu3 omnes auaricie student. De multiplicitate luxurie. Apoca.xvij.dr φ de vino prostitutionis sedentis super bestiam inebriati sūt oēs O deus eterne. o deus imortalis quid aliud cernitur in omni loco: in omni statu: et in omni etate: in vtroq3 sexu: omni fere momēto tempore: precipue diebus dominicis et festiuis: nisi petulans luxuria: consumēs auaricia: et patens superbia. Fallor si hec nō pretendant habitus nutus gestus verba act⁹ reliquiq3 omnia euidenter patentia. O filij ade. o miseri peccatores. o excecate mētes: aperite oculos sensuū et respicite cena3 ad quā vocami. Attendite attēdite: quā si contēpseritis sciatis q2. Nemo virorum etc.

¶ Quo ad secundū principale videtur multis miseris peccatoribus: φ si peccatis sint dediti: si tempore iuuentutis de salute sua nō sint solliciti: nihilominus aliquando in fine vite in articulo mortis penitere potuerunt. Sed certe vt dicitur Ecclesiastici.xxix. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes supple mūdum et cōmouit illos quasi fluct⁹ maris. Propterea dicitur in themate. Nemo virorum etc. Hac enim animaduersione dicit Augustinus in sermone innocentū. Percutitur pctōr vt moriens obliuiscatur sui: qui dū viueret oblitus est dei. Qō autem debite vix tales peniteant: pt3 pmo auctoritate rōne et exemplo. Auctoritate dr Ecclesiastici. v. De propiciatu peccatorum noli esse sine metu: neq3 adijcias peccatum sup pctm: et ne dicas miseratio dni magna est multitudini pctorum meorū miserebitur. Seqtur. nō tardes cōuerti ad dnm: et ne differas de die in diē. subito enim veniet ira eius et in tpe vindicte disperdet te. Luc.xij. Et vos estote parati: q2 qua hora nō putatis filius hois veniet. Et Math.xxv. Que pate erāt intrauerūt ad nuptias cū eo. q autē tunc. s. in articulo mortis se preparare neglexerūt audierunt nescio vos. Rōne aūt probat: sic vere penitens d3 peccatū suum agnoscere: agnitum pter dei bonitatē: quā peccādo contēpsit horrere ac detestari: et detestando pter dei amorē et honorē pponere abstinere. Sed in graui infirmitate hō tm̄ grauatur dolore: φ vix aliquid pōt cogitare. dicit enim Grego. Cum egritudine deprimeris: vix aliud cogitare poteris preter illō quod sentis. Insup licet tunc quis doleat: l3 abstinere pponat: hoc tamen nō facit pter deū: s3 timore iudicij: mortis: et inferni. Propterea bn̄ dicit Augu. Et habet de pnia di. vij. Nullus q prius a pctis relinqtur φ ipse ea relinquat nō libere: sed necessitate condēnatur. Et cyprian⁹ eadē di. Fratres charissimi si in infirmitate et periculo ceperint deprecari: q2 rogare eos nō delicti pnia: sed vrgentis admonitio mortis cōpellit. nec dignus est in morte accipere solacium qui se non cogitauit moriturū. Exemplū recitat doctor quidam: φ cū quidam delicate viueret et multipliciter peccaret tandē infirm⁹ timore mortis confessionē fecit: peccatum defleuit emendationē vite promisit: viaticum accepit adunctionē: et mortuus cū magna gloria et pompa tanφ nobilis sepult⁹ est. Dicebant aūt hoies adinuicem. multa bona prestitit illi deus: nihil ei defuit eorū que bonus xpianus habere debet: sacramētis diuinis munit⁹ ē. P⁹ paucos dies apparuit socio suo dicens se esse dānatum. qd exPauescēs soci⁹ viso φ receperat sacramēta respondit et dixit. q2 sine charitate: sed timore mortis: iudicij: et inferni hec feci nihil mihi pfuerūt. O indurati hoc intelligite qui obliuiscimini deū et ad cenā tendite: q2. Nemo virorum illorū qui vocati fuerant: fm propositionem primeuam: gustabunt cenā meam.

Exempl[um]

¶Dominica tertia post penthecestē.
Sermo.v.



Erant ap-
propinquātes ad Iesuz
publicani ꝛ peccatores.
Luce.xv. Custodite ani-
mas vr̄as ꝛ nolite porta
re pondera in die sabba
ti. Hiere.xvij. Ad vniuersas xp̄icolas per.ff.
verba sūt ista. ꝑ quoꝝ introductiōe qꝛ Ber.
li.de conse. Bos vel asinus in puteo cadit et
statim releuaẗ. cadit aīa in pctō ꝛ nullus ē
q̄ recogitet: cuius defectū existimo ꝓuenire
ex ignorātia aīe ditate. ps. Hō cū in honore
eēt nō intellexit. ꝛ Aug. in p̄mo de tri. Inui
sa possum⁹ diligere: incognita nequaq̄. Si
tria cōsiderem⁹: aīe dignitatez vtiq̄z cogno
scem⁹: ꝛ per ꝯñs illā iuxta monitionē ꝓphe
ticā custodiemus.
Primū est sublimitas creationis.
Secūdum est sollicitudo requisitionis.
Tertiū est preciositas redēptionis.
¶De p̄mo dr̄ Geñ.i. Faciam⁹ hoīem ad yma
ginē ꝛ similitudinē nostrā. Hec aūt tante ē
dignitatis ꝙ maior ꝑ naturā dari nō possit
Dicit eñ augu. in lib. de trinitate. Licet aīa
nostra nō sit ei⁹ nature cui⁹ est de⁹ tñ in deo
ymago eius querēda est ꝛ iueniēda. vbi aīa
nihil meli⁹ hꝫ ꝙ capiat hanc dignitatē. at-
tende totū vniuersū in quo nihil nobili⁹ est
ipsa aīa saltē post angelicā creaturā: ꝛ corp⁹
dr̄ vmbra vel vestimentū. vñ dr̄ Canti.i. Si
ignoras te o pulcherrima mulieꝝ egredere
ꝛ abi post vestigia gregū: ꝛ pasce hedos tuos
iuxta tabernacula pastorū. De secūdo dr̄ in
euāgelio hodierno. Si ꝑdiderit vnā ex illis
dimittit.xcix. ꝛ vadit ad illaz q̄ perierat do-
nec iueniat eam. Et quis enumerare posset
q̄nta sollicitudine pastor ille sūmus aīaz er-
rantē quesiuit. Primo in infantia sua in sta
bulo iacens. In synagoga circuncisionē reci
piens. In tēplo oblat⁹ a parentib⁹. In egy-
pto fugatus. in.xij. anno. in hierusalē ascen
dēs et desertū itroiēs. ꝛ post ꝑ mūdi castel-
la ꝛ villas circuiēs. Deide hymno dicto hor
tū trāstorrentē cedrō ingrediēs ꝛ ad domū
anne cayphe pylati ꝛ herodis deueniēs: ac
tandē baiulās crucē i montē caluarie ascē-
dens. Quid queso in oībus his locis quere-
bat? certe aīam errantem ac ouez miseram.
Sic in figura dr̄ Geñ.xxxvij. de Joseph mis-
so in valle ebron existente in sichen interro
gato a quodā q̄ inuenit eū errantez in agro
inq̄t. fratres meos quero. De tertio dr̄.i. Pe
tri.i. Scientes ꝙ nō incorruptibilib⁹ auro
vel argento redēpti estis de vana vestra cō
uersatione paterne traditiōis: sed p̄cioso sā
guine quasi agni imaclati xp̄i. Empti estis
eñ precio magno.i. Cor.vi. O mūdani pec-
catores custodite aīas vr̄as. Audiat quilibꝫ
Bernardū in meditationib⁹ ad aīam loquē
tē. O aīa insignita dei ymagine: decorata si
militudine: redēpta xp̄i sanguine: despōsa-
ta fide: dotata spū: deputata cū angelis: ca-
pax beatitudinis: heres bonitatis: ꝑticeps
rōnis quid tibi cū carne? Relinquāt ḡ mise
ri pctā ꝛ pctōꝝ vilitatē. ad deū redeant qui
creauit illos. faciāt velut publicani ꝛ pecca
tores q̄: vt dicit thema. Erāt appropinquan
tes iesuz. ¶Pro fundamēto moueẗ questio
q̄ñ peccator xp̄o appropinquat ꝑ gratiam.
Jdō merito queriẗ. Utrū gratia aliquid ad
dat circa acceptantē vel acceptatū? Rñdet
bonauē. di.xxvi.ij.q.i. ꝙ grā diuina aliquid
potuit circa gratificatū. Ratio huius est: qꝛ
diuina volūtas in acceptādo nō afficiẗ: diui
na etiā veritas in approbādo nō fallitur: ꝛ
neutra earū in gratificādo mutatur. Quia
ḡ diuīa volūtas nō acceptat aliquē effectū:
nisi aliquis effectus poniẗ circa eū qui acce
ptaẗ. qꝛ vero veritas diuina in approbando
nō falliẗ: ideo nō approbat magis vnū q̄ al
terū: nisi qꝛ hꝫ in se aliquid qd̄ est magis ap
probatione dignū: qꝛ aut nec volūtas acce-
ptando: nec veritas dīna approbādo imuta
tur. cū aliq̄s incipit de nouo acceptari vl' ap
probari necesse ē ꝙ aliqua cadat imutatio
ex ꝑte acceptāti ꝛ approbati. Sꝫ hoc nō est
qui aliq̄d ei auferaẗ. Est ḡ imutatio cū ali-
qd̄ donū sibi cōferẗ. Pctōres ḡ dñt appropin
quare ad eū. s. deū. nō ꝙ deus: ait idez bona
uentura in breuiloquio: descēdat ꝑ suā essē
tiā incōmutabilē: sꝫ ꝑ influentiā ab ip̄o ma
nantē. Silr̄ aīa pctōris nō eleuaẗ sup se ꝑ
situ localē: sꝫ per habitū deiformē. Laborēt
pctōres sarcinas suoꝝ pctōꝝ deponere alio
qui ad gloriā nullo pacto sunt venturi. Dici
tur eñ extra de obligatis ad ratiocinia ca.

bnico. Incipit aūt Magn⁹ eps: q procuratores: actores: et executores post reportata onera et reddita rōcinia ordinari pñt. Tertius illius capituli adhuc vlterius hz: q ad huc deposita onera et reddita rōcinia vite ipsorum dñt approbari. ita q si honeste conuersationis et laudabilis vite nō fuerit nō debent ordinari. posito q reddiderint ratiocinia. Per argumentū a ɔtrario sensu. Item vult q si ante libertatē negocioꝝ vl' officiorum fuerint ordinati dicit q ecclia infamatur. Ex hoc sequit q obligatus rōciniis ꝑ se promoueri nō dz. Et.xxi.q.iij.ca. Credo. et capi. Ciprianus qui volunt: q qui decetero anneri sunt deo seculariū possessionū ꝓcuratores non fiāt. quasi velint dicere: q secularium negocioꝝ clerici et persone deo dedicate debent prorsus alieni fieri. Et allegat apostolum dicēs. Nemo militans deo implicet se negociis secularibus. C. de epis et clericis. l. official'. marime si ista ratocinia sint publica. In principio legis habet q tales sic ignoti ante redditam rationē tanq temerarii vel audaces dñt retrahi ad priorem conditionē. ¶ Ex scdo capite illius habetur etiam q reddita rōe dz ꝓbari q sint studiosi et laudabilis vite. Audite hoc peccatores vniuersi qui corā deo reddituri estis rōem de vniuersis actibus vestris anteq ꝓ moueamini ad btōꝝ angeloꝝ ordines. O lignū aridum: inquit Ansel. in meditationibus. quid facies cū a te erigetur oē temp⁹ qđ tibi impensū est qualiter fuerit a te expensum vsq ad ictum oculi. O deus eterne tunc vt dr Eccli̅a. vlti. Cuncta q̄ fiūt adducet deus in iudicio: et pro oi errato rōem exiget. Quod remediū more istoꝝ publicanorū appropinqm⁹ ad ibm dicente Jacobo Appropinqte deo et ipse appropiquabit vobis. Jurta pmissas ꝓpōnes. Erāt appropiquātes ad iesum etc.

¶ Quia appropinquare ad deū seu alicui⁹ ꝑ supponit ab eo discedere seu distare. Igitur erunt due ptes.

Prima qualiter peccatores a deo discedūt.
Secunda qualiter penitentes ad eum accedunt.

¶ Quo ad primā nota q sicut octo gradib⁹ ascendebatur ad templum. Ozee.xli. Sic octo gradibus descenditur ad infernum. de quattuor primis in presenti sermone dicitur.

Primus est inuētio.
Scđs est publicatio.
Tertius est exultatio.
Quartus est multiplicatio.
Quintus est obduratio.
Sextus est ɔtaminatio.
Septimus est defensio.
Octauus est desperatio.

¶ His octo gradibus nisi respuisset processerat ille de quo. Lu. xv. Qui patre dimisso non passibus corporis inqt an membris: sz affectibus mentis abierat in regionem lōginquā et omnia ɔsumpserat viuendo luxuriose. Quo ad primū nota q peccatores miseri a deo discedunt peccata cōmittendo et peccati nouos modos adinueniēdo. Peccata eni̅ vestra Jsay. xlix. Diuiserūt inter vos et deum vestrū. Non sufficit aūt malignis peccatoribus deū offendere nisi modos offendendi nouos adinueniāt: quib⁹ dedignatur deus. Deutero. xxviij. Donec ɔterat te et disperdat ꝓpter adinuētiones tuas pessimas quibus dereliquisti me. Nitant deo placentes modos inuenire potiores: qbus deo seruiant. ꝺm illud. ij. Coꝝ. v. Contendimus siue pñtes siue absentes placere illi. Sed pthdolor: filij huius seculi sunt prudētiores filijs lucis in gñatione sua. Luc. xvi. Quia vix est aliqs qui tantopere et tā sollicite deo seruiat: qtū miseri pctōres satagūt modos et vias inuenire qbus deū offendāt Ita vt vere dicat ps. Fornicati sunt in adinuentōibus suis nedū corpalibus: sed etiam spūalibus: videlz pctis ꝑ que aia recedit a sponso suo. Quis queso nūeraret inuētiones peccādi in factis: in vbis: in mercātijs: in litigijs seu aduocationib⁹ siue ludis: i lenocinijs: pompis et etiā spurcicijs. Hi sunt inuētores maloꝝ. ad Ro. ij. Morte digni officiū dyabolicū facientes hoc gradu ɔsummato aia peccatrix peccare cupiēs dī timore perdito: pudoreq mūdi sublato pulchre in pctm̄ labitur. Si eni̅ iusta valentiū verecundia marime fit ps honesti. Et cum ꝺm Aristo. iiij. Ethi'. verecundia passio sit laudabilis. ɔñs est qui sine verecūdia est patēter passim et sine defectu publice peccat. Deplorabat hoc Jere. iij. di. Frōs mulieris me

retricis facta ē tibi:noluisti erubescere. Et
eiusdem.vi. Confusione nō sunt confusi ꝛ
erubescere nescierūt. O prothdolor nefas ꝙ
multiplicatum est hodie hoc malum. Ve-
recūdantur plurimi bñ operari:ꝯfiteri ieiu
nare vestimēta humilia portare. Sed palā
ꝛ publice peccare blasphemare:mulieres ꝓ
uocari:matrimoniū corrumpere actus feti
dissimos in mēsa ac locis publicis reserare
Ita vt pene oīs honestas morūqꝫ grauitas
a pluribus sit semota ſm illud. Isa.iij. Pec-
catuꝫ suū sicut sodoma p̄dicauerūt. Ve aīe
eorum:qm̄ reddita sunt eis mala. Cū autē
aīa miserabilis ī hūc gradū decidit ibi nō
stat. Sed amplius a deo discedit:ita vt em̄
non sufficiat pctm̄ publice cōmittere:sꝫ eti
am letari ꝛ exultare qd̄ est opus dānatoruꝫ
Nota btūs Bonauē.in.iiij.di.xvij.in questi.
in qua queritur. Utrū in lege naturali fue-
rit ꝯfessio instituta ꝙ pro palatio pcti pōt
dupliciter fieri ꝛc. De his dr̄ Prouer.ij. Letā
tur cū male fecerint ꝛ exultant in reb⁹ pes-
simis. parū est talibus peccare paruꝫ: quia
eis pctōrum occasiones q̄rere nisi ꝛ de ma-
lis suis glorientur:qd̄ est grauissimū mor-
tale. ſm Thomaꝫ ꝛ Alexandrū.ij.ij. Et ſm
Bonauē.in loco predicto. Ab exultatiōe au
tem ista ꝑuenit ad quartū gradū q̄ dr̄ mul
tiplicatio debachāte autē anima:ꝛ deū de-
serente quid restat nisi vt offense ꝛ peccata
multiplicentur. dicit em̄ Sco.distin.xxxix.
tertij. Queādmodū prudens seu virtuosus
ratione habit⁹ virtuosi in tpe q̄si in perce-
ptibili deliberat:quequidē deliberatio suf
ficit ad meritū. Sic malus ꝛ ꝑuersus pec-
cator habituatus in tpe:quasi in ꝑceptibi-
li deliberat pctā q̄ sine nūero multiplicat.
Nouerat hoc Job.xi.ca.qui dicebat. Celi nō
sunt mūdi in ꝯspectu eius ꝙto magis ho-
mo qui quasi aquas bibit iniq̄tatē. Et ps.
Comprehēderūt me iniquitates mee ꝛ nō
potui vt viderē: multiplicate em̄ sunt suꝑ
capillos capitis mei. ps.xxxix. Experimen
taliter pōt hoc probari in his q̄ peccato sūt
dediti vtpote in iracundijs periurijs lubri-
cis in odiosis vsurarijs ꝯtumeliosis symo-
moniacis ac quibuslibꝫ alijs sic peccato de
ditis. De talibus potest dici illud Jere.xiij.
Si potest ethiops mutare pellem suam:et
pardus varietates suas:ꝛ vos poteritis be
ne facere cum didiceritis malum. Sed au
diant tales quid dicit Augu.ꝛ habetur di.
viij.c.veritate. Ueritate manifestata cedat
consuetudo veritati. De his peccatoribus
qui sic deū dereliquerūt ꝛ pctā peccatis ac
cumulant conqueritur dn̄s Jere.ij. dicens.
Dereliquerūt me fontem aque viue:ꝛ fode
runt sibi cisternas dissipatas. Sed audiāt
tales dn̄m clamantē ad eos ꝛ dicentē. Re-
dite preuaricatores ad cor. Jsa.xlvi. Quod
si fecerint ad deum erūt appropinquātes.
Juxta thema.

¶ Quo ad secundū nota ꝙ queādmodum
peccatores a deo discedunt octo gradibus.
Sic viceuersa quasi octo gradibus ad deuꝫ
accedunt. Dicit em̄ per sapientē Prouerbi.
xxiij. Fili prebe mihi cor tuū. Et sic hō pre-
bet cor suum voluntate ad deum appropin
quat. Dat autem homo cor suum octo mo-
dis.

Aperiendo.
Abluendo.
Custodiendo.
Deprimendo.
Exercendo.
Erigendo.
Refouendo.
Ueritatem tenendo.

¶ De quattuor primis dicam⁹ nūc. Primū
querit deus. Canti.v. Aperi mihi soror mea
sponsa. Dicit em̄ Ambro.ꝛ ponit.xv.q.i.ca.
non est. Nō nisi voluntariū militē elegit si
bi xp̄s: ꝛ nō nisi voluntariū seruū exactio-
natur dyabolus. Aperiendū est ergo volun
tarie cor deo vt ingrediat. Si quis mihi ia
nuā aperuerit intrabo ad eū ꝛ cenabo cum
eo. Apo.iij. Hoc nō faciunt illi q̄ neqꝫ ꝓpt ꝑ
dicatōneꝫ:neqꝫ ꝓꝑ bñficia:neqꝫ ꝓꝑ flagella
ad deū volūt redire. ¶ D.ij. Prou.xx. Quis pt
dicere mundū est cor meū:mund⁹ sū a pec
cato.q.d.null⁹. Cū ergo deus q̄rat cor meri-
to erigitur vt cor leuet. sicut dr̄ Jere.iiij. La
ua a malicia cor tuū. Et Jaco.iiij.dr̄. Purifi
cate corda vr̄a. Sed mod⁹ purificādi ibi ad
ditur. miseri estote. Tūc em̄ cor a pcti macu
la lauat cū aīa ꝑ pn̄iam:ꝛ amaritudineꝫ a
pctō mundat. Est ei ſm Amb.vt hr̄ de pe.
di.iij. Pn̄ia est mala ꝑterita plāgere ꝛ plan
genda iterū nō cōmittē. Et idē ibidem. De
illa lauant lachryme delictū:qd̄ voce pudor

est confiteri.sed proth dolor hodie pōt dici d̄ multis illud Joel.ij. Computruerūt iumēta in stercore suo. Abstergit inqt Bern. caliga τ contēnitur aīa. pudet ablui: sȝ nō pudiunt inquinari. Si vera sunt hec his malis diebus cōia: vt ꝯscie plurime q̄ per totū annū in fecibus peccatoꝝ iacent: τ vtinam solū per annū sic stetissent nō ꝑ triennium imo aliqñ ꝑ decēnium: imo forte aliqñ per xx.annos. Taceo de pctīs infantie: de vilitatibus cōmissis in mr̄imonio. de falsificātibus. d̄ furtis secrete cōmissis. de alijs peccatis q̄ τ super quib⁹ aliqñ dubitabatur: τ sic retinebantur paruncȝ aūt foret abluere cor nisi postmoduȝ custodiret. Qui eñ baptisatur a mortuo: τ iterum mortuum tangit: quid prodest lotio eius. Eccle.xxxiiij.et Prouer.iiij. Omni custodia serua cor tuum qm̄ ex ipso vita procedit. Est eñ cor sicut q̄dam castrū obsessum ab inimicis: q̄d cū habeat multas portas vna sola nō bene custodita de facili intrat hostis τ capit. Sensus aūt corporales porte sunt hui⁹ castri: que si nō custodiāt facile castrū capitur.xxxij.q.v. ca. Nec solo. Et est Augu. Non dicatis vos habere aīos pudicos si habeatis impudicos oculos. Impudicus eñ oculus impudici cordis est nuncius. Hysbosech. ij. Re.iiij. Occisus fuit a duobus principibus latronum Rephas τ Banaa. q: ancilla purgās triticum obdormiuit. Qui ergo penitēt in paschate: caueant ne redeant. parum sunt hec oīa nisi.iiij. attingāt. Cor eñ est depmēdum: τ hoc ꝑ humilitatē. Deus eñ superbis resistit: humilibus dat grām Jacobi.iiij. Et Augu. in sermone ascensionis dn̄i. Erigis te τ fugit a te. hūilias te τ venit ad te. Merito aūt debemus nos hūiliare si considere mus q̄d cōmisimus: q: toto tpe vite nr̄e deum offendimus. vbi sumus: q: in continua miseria versamur. quo ibimus q: ad iudicium durissimū pℓbimus. quid finaliter erimus: q: saluati aut dāнати. Humiliem⁹ ergo nos iuxta consiliū Judich.viij. Illi aīas nr̄as τ illi per hūilitatē ꝓpinquam⁹. Quia humilia respicit de ꝓpinquo vt sic ꝑ pniaȝ τ hūilitatē. Juē lectionē euāgelij angelos letificem⁹. Quod nob̄ ꝯcedat Jesus.

¶ Dominica tertia post penthe, post prādium. Sermo.vi.



Erant appropinquātes τc. Beati qui lauāt stolas suas in sanguie agni: vt sit ptās eoꝝ in ligno vite. Apo.xxij. Cupiētib⁹ saluari p.ſſ. verba sunt ista. vbi duo notant.

Primū est puritatis mūdicia.

Secōm est btificationis copia.

¶ Pro p̄io lȝ multi p̄dicatores a via vitaq̄ errauerit: salutis tn̄ via nō est seclusa si ad deū redire voluerit. Dicit ei de pe.di.i.c. multiplex dei mia ita lapsibus hūanis subuēit vt nō solū ꝑ baptismi lauacrū: ſ etiā ꝑ penitētie remediū pctōrib⁹ def. Et h̄ notatur cū d̄r. Beati q̄ abluti estis τ sctificati estis ꝑ nomē ei⁹.s. in sanguie. τ Apoc.vij. de iustis. Hi sunt q̄ venert de tribulatōe magna: τ lauerūt stolas suas τ dealbauerūt eas i sanguie agni imaculati. Nullū ei meritū nr̄m corā deo acceptat̄ sine merito xp̄i. Jdō p̄io de plenitudine ei⁹ oēs nos accepim⁹ grām ꝓ grā vt aūt aiarent fideles ad sic lauādū ꝯscias τ purgandū voluit saluator plorare in cruce ad Hebr.vi. Cū lachrymis τ clamore valido exaudit⁹ est ꝓ sua reuerētia. In q̄ b⁹ lachrymis pnia fuit ꝑfigurata: sic baptism⁹ i aq̄ laterali. Pro scdo: q: null⁹ culpa sordid⁹: aut pene obnoxi⁹: glīaȝ introibit. scdȝ est Apoc.xxi. Nec itrabit in eā aliq̄d coinq̄natū aut abhomiatiōeȝ faciēs. τ.iij. Re.vi. Nō fuit audit⁹ in tēplo sonit⁹ malei. merito addit̄ vt sit ptās eoꝝ in ligno vite: vt sic purgati a pena τ cl̄pa possint edere d̄ ligno vite: lignū vite est ipse xp̄us a btis in p̄ria clare visus: afferēs fruct⁹.xij. videlȝ.xij. gaudia que sunt in padiso: scȝ

Sanitas sine egritudine.

Uita sine morte.

Societas sine defectu.

Scientia sine dubitatione.

Gaudiū sine tristitia.

Pax sine tribulatione.

Securitas sine timore.

Saturitas sine fastidio.

Libertas sine seruitute.

Claritas sine obscuritate.

Pulchritudo sine deformitate.

Canticum laudū sine terminatione.

Duodecim gau paradisi

¶ De quo dicit Augu. In ciuitate dei vocabimus ꝛ videbimus: amabimus ꝛ laudabimus. Et ille q̇d erit i fine sine fine. Sꝫ ꝓth dolor hodie quasi de vniuersis pctõrib⁹ põt dicere deus q̇ȯ dudum dixit Iesabel. Apoc. ij. Dedi ei tp̃s vt pniam ageret: ꝛ nõ vult penitere a fornicatione sua. Et Ioh. xxiiij. Dedit illi deus locũ pnie: ꝛ ipse abutitur eo in superbiã: ideo vt redeamus ꝛ pniãꝫ agam⁹ hodiernũ euangeliũ ꝓpõitur vbi saluator inducitur benigne sustinẽs pctõres ſm ꝙ dicit thema. Erant appropinquãtes ꝛc. Si quis vero ad eũ accedere vereatur virginẽ pijssimã adeat que sicut Bersabee. iij. Regũ i. Regnũ eternuꝫ sibi ꝓcurabit vt illa fecit Salo. filio suo. Sic de ea dicit Berñ. in quodam sermone puto ꝙ refutari nõ poterit. regina eñ misericordie est facileqꝫ exauditur: qm̃ regis mater est. matri ergo ꝛ filio ꝑ desideriũ appropinquabim⁹. iuxta thema. Erant appropinquãtes ꝛc.

¶ Pro fundamẽto mouetur q̃stio: q2 sermone p̃cedenti: dictum fuit aiam descendere ad deũ non ꝑ motum localeꝫ: sed ꝑ habitũ deiformẽ qui est gratia merito. Querit̃ an volens xp̃o appropinquare illã gratiã possit promereri. Rñdet btũs Bonauẽ. in dubijs litteralibus di. xxviij. ij. scilicet ꝙ gratiam primã non ꝯtingit ꝓmereri. Tum q2 ẽ initium oĩs meriti: ꝛ principiũ. Tũ etiã q2 est donũ mere gratuitũ. nisi eñ q̇s habeat gr̃am dei: nihil apud deũ mereri põt: merito condigni: q2 sine illa nihil acceptat deus in opib⁹ nr̃is. vñ Iere. xx. dr̃. Scio dñe q2 nõ est hoĩs via neqꝫ viri si dirigat gressus suos. rursus ipsa gratia est ita bonum gratuitũ ꝙ nõ reddit̃ meritis. Sicut eñ di. Apl's ad Ro. xi. Si gratia est ex meritis iã nõ est gratia: ꝛ sic tollent̃ gratie dignitates si meritis attribuentur. Hec aũt vera de merito condigni q̇ȯ est qñ est cõmensuratõ aliqua inter meritũ ꝛ premiũ. Merito aũt cõgrui per donũ gratie gratis date faciendo bonũ propter deũ: meretur quis vt ad eũ de⁹ aspiciat: ꝛ gratiã conferat. Si pauci saluentur nullus meretur. deum eñ a cordibus suis eijciunt pctõres: ſm illud Iob. xx. Dicunt dȯ recede a nobis: scientiã viaꝝ tuarũ nolum⁹ Ex hoc vero illud graue sic notatur: de hijs qui ad ad ecclesiam confugiũt, Extrahens violenter hoiem crimen lese maiestatis incurrit. Audiatis hoc dñi qui peccatis dediti estis. Coangustiatũ ẽ stratũ dei Isa. xxviij. vt alter decidat ꝛ palliũ breue ꝛ vtrãqꝫ cooperire nõ põt: in eodem hospitio esse simul deus ꝛ dyabolus nequeunt: q̇ sedes tantũ a quodã prelato diligitur ꝙtum ꝯscia a dȯ. hoc eñ dicit. delicie mee esse cũ filijs hoim. Prouer. viij. Quid ergo fiet illis: q̇ deũ a se abijciunt. Sed audiant tales verbũ Iere. iij Nunc ergo voca me pater meus dux virginitatis mee: ꝙ singuli debent facere peccatores: vt ad iesum appropinquãt iuxta thema. Erant appro. Erunt due ptes.

Prima ꝙ miserabiliter a deo discedũt peccatores.

Secũda ꝙ vtiliter xp̃o appropinquent penitentes.

¶ Quo ad primã: q2 appropinquatio p̃supponit distantiã vt dicebat̃ sermone p̃cedẽti: videlꝫ quattuor gradibus: q̇bus miserabilis peccator a deo discedit ꝛ tẽdit ad interitum. Conseq̃nter declarãdi sunt alij quattuor: videlicet

Obduratio.

Contaminatio,

Defensio.

Desperatio.

¶ Pro nunc. Primus dr̃ mentis obduratio seu cordis. Multiplicatis eñ pctis: q̇d aliȯ restat nisi in eis cor firmare eaqꝫ nolle dimittere: sed potius in eis velle cõtinuare. ȯ talibus Iere. vij. Dicitur indurauerũt ceruicem suã: ꝛ peius fecerũt ꝙ p̃res eoꝝ. Actu. vij. Dicit sctũs Stepha. iudeis. Dura ceruice ꝛ incircũcisi cordibus ꝛ auribus vos semper spũiscto resistitis. Hec aũt obduratio ꝑuenit: qñ hõ nec deũ timẽs: nec hoies veritus: nullo penit⁹ pacto erubescit peccare: ymo q̇ȯ plus est dolet ꝙ peiora neq̇t cõmittere. de talib⁹ Eze. iij. dr̃. Domus Israel attrita fronte est: ꝛ indomabilis corde. Et Greg. ix. moraliũ. Sunt nõnulli quos ad ꝑpetrã dam neq̇tiam aborta malicia inuitat. Sꝫ tñ eos hũana verecũdia reuocat. Et sunt q̇dam q̇ postꝙ mẽte ꝯtẽpserunt: multo magis hũana iudicia spernũt: atqꝫ oẽ q̇ȯ appetunt: facere nõ erubescũt. de hoꝝ nũero sũt q̇ rãcores per decenniũ tenẽt: q̇ ꝯcubinas diutim retinẽt: q̇ lenocinijs q̇tidie operã dant

ludos prohibitos frequentāt: qui lucris im pijs vsurarū fraudū variaꝝ inseruiūt: qui actus sp iniquos faciūt: qui aduocādo atqꝫ in foro ꝯtencioso patrocinando causas ini quas fouēt ⁊ cauillationes perpetrāt. Tali bus dicit Apo. Ro. ij. Sed ſm duritiā tuaꝫ ⁊ impenitens cor tuū thesaurizas tibi iraꝫ in die ire ⁊ reuelatiōis iusti iudicij dei. Ex isto gradu a deo magis recedēdo ꝑuenitur ad sextū. Qui est alienū ꝯtaminatio. queād modū em̄ iussu ṽbo ⁊ opere ⁊ exēplo ad de um nituntur recedē pctōres: oēs viceuersa maligni aliquos abducūt. ꝓpterea Iere. li. dicitur. Fugite de medio babylonis vt sal uet vnusquisqꝫ aīam suā. Et ij. Cor. vi. Se paramini de medio eius pp̄le meus: ⁊ i mū dū ne tetigeritis. ⁊ Apo. xviij. Exite de me dio babylonis: ⁊ ne ꝑticipes sitis delictorū eius. hec cōtaminatio fit ꝯsulendo: precipi endo: cooperando: ⁊ exēplum malū preben do. di. xlv. sed illud dicitur. polluitur ex vno pctōre populus: sicut ex vna oue morbida totus grex inficitur. O de⁹ eterne quot ma la nascunt̄ occasione alioꝝ: que cā iuramen torum piuriorū mēdacioꝝ in filijs in ſuis qꝛ sic parentes viderunt ⁊ audierūt agen tes. Que cā falsitatis ponderū ⁊ mensuraꝝ in seruis: nisi qꝛ a dominis ⁊ dn̄abus sic ꝓ ceptum erat. que cā luxurie in malis puel lis ⁊ pueris: nisi qꝛ persuase a maq̄rellis: a socijs: a sacerdotibus: a clericis domus: imo aliq̄n inducūtur exēplo patris vel matris: qui in eoꝝ presentia non verent̄ sua opera matrimonij carnalia exercere. Certe elegā ter dictum est Eccle. xiij. Qui cōmunicaue rit superbo induet supbiā: qm̄ magna pars maloꝝ que fiunt in ludis: pompis: potatio nibus: festoꝝ violatoribus ꝑuenit aliorum maloꝝ ꝑsuasione aut exēplo. propterea di citur. Resecāde sunt carnes putride: ne to tum corpus intereat: sicut resecāda ē ouis morbida a caulis ne grex totus depereat. Ex hoc aūt gradu ꝑuenit̄ ad. vij. q̄ est pcti defensio seu excusatio q̄ fit.

Aut pctm̄ alleuiando.

Aut impotentiā nō peccādi attribuēdo.

Aut est qꝛ deo nō displiceat credēdo.

¶ Alleuiant em̄ tales pctā maxime cū pas sione superiori. dicūt se ad hoc pronos a na tura ⁊ qꝫ deus est misericors. Sed audiant primi quid dicatur. ſm autē opera eorum nolite facere. Math. xxiij. Audiant etiam Hiero. super symbolū dicentē. Anatema sit qui dixerit xp̄m dn̄ꝫ precepisse impossibile. assidue peccātiū n̄ miserebit̄ deus. Dic. ps. peccātiū. Non declines cor tuū ⁊c. finalr̄ re stat octauus gradus: qꝛ pctis perpetratis non restat nisi desperatio nec mirū. dicebat em̄ Iob. ix. Verebar oīa opera mea sciēs qꝫ non parceres delinquēti. Si ille cui⁹ cor re prehendebat eū in tota vita sua verebatur sed tunc timebat super oībus operib⁹ suis: quid facere debet ille: qui nunq̄ bn̄ fecit. di xit em̄ saluator discipulis suis. Lu. ij. Cum oīa benefeceritis. dicite: ſui inutiles sum⁹. Si se inutiles reputare debēt: qui ꝑ oīa bn̄ egerunt: quid facere denēt hij qui nūq̄ vel vix aliquid boni fecerūt. O deus me⁹ verax O miserrimi pctōres audite hec quo tendi tis pensate: ⁊ mors hoꝝ publicari xp̄o ap propinquate. Iuxta ꝓpositiones. Erāt ap propinquātes ⁊c.

¶ Quo ad scd̄aꝫ ꝑtē pricipalē visis ſmonē precedēti quattuor gradib⁹ quibus oīa pe nitens appropiquat deo. Subiūgēdi sunt aliq̄ q̄ttuor. solū a nobis exigit. cor. i. volūta tem: qm̄ si voluntas bona fuerit oīa essent bona: nō em̄ pōt arbor bona fructus facere malos. Lu. vi. Cū ergo per humilitatē vt ſ mone ꝓcedenti dicebatur cor depssum fue rit: dandū est mihi cor suū.

Exercendo.

Erigendo.

Respuendo.

¶ Et in veritate tenēdo. Venit ergo q̄nto cor exercendum. vnde Eccle. ij. In bonis sit cor tuū. ⁊ Prouer. xij. Qui operatur terram scꝫ cordis sui saturabitur panibus. q̄ autē sequitur ocium: hic stultus est. Br. em̄ de re nunciatione: nisi cum pridē. Ociositas et voluptas arma sunt hostis antiqui ad mi seras aīas capiendas. Preterea de ꝯse. dist. v. cā. nunq̄. di. Hieronymus. Semper ali quid boni facito: vt te semꝑ dyabolus inue niat occupatum. hoc exercitiū consistere de bet aliquādo missam audiendo: aliquando legendo: aliq̄n infirmos visitando: aliquan do elemosynas faciendo: ieiunando: alios docendo: ⁊ bona spiritualia vel sermones audiendo. aliquādo etiaꝫ corporaliter labo

rando. Meruerunt a xpo refici quidē in deserto: q2 de longe venientes triduo post eū steterunt. Sexto cor est erigendū ad deu3 per affectum intensum. Treno.iij. Leuem9 corda nostra cū manibus. ad dnm in celo. H debent facere de quibus iam dedit gratia3 dns penitendi considerando gratiā eis factam: ꝙ varij sunt dānati ꝙ nō tot peccata ꝙ ipsi cōmiserūt. Considerando vlterius ꝙ vana fuit ac miserabilis ois eorum i peccato delectatio. Considerādo tria. primū ꝙ gaudiosa est ɔscientie puritas atq3 tranquilitas. Primā volebat a nobis considerari Paulus qui dicebat. ad Ro.ij. An ignoras q2 benignitas dei ad misericordia3 te expectat: alijs supple derelictis et forte dānatis. de scda consideratione valet miseria peccati ad Ro.vi. Que3 fructū habuistis. in illis in qb9 nūc erubescitis. et Lu.xv. Dicebat filius prodigus. Ego hic fame pereo niterro gentur quotquot in pctis fuerunt: quid ꝓfuerunt ioci: risus: ludi: luxurie: pōpe: vindicationes: blasphemie: et sic de alijs. tertio retinebat qui dicebat. Secura mens conium ge cōmuni. Cum aūt quis ad hunc gradu3 deuenit restat. vij. vt videlicet cor reformet. Cor ēm continue d3 laborare deo frui sicut corpus d3 refici. de hoc ps. viriliter age: et cōfortetur cor tuū. corpus hois maxime confortatur pane vino et odoribus. Sic vtiq3 cor spūale. i. mens hominis confortāda est pane eucharistie et vino sanguinis precio-sissimi domini nostri iesu xpi: ac exemplis sanctoꝝ. Helias. iij. Reg. xix. Ambulauit in fortitudine cibi illius siue panis subcinericij vsq3 ad montē dei. panis hic xpi corpus est in sacramento: mons dei vita eterna. Dictum ēm fuit Ruth. ij. Intinge panē tuu3 in aceto. i. in acerbitate passionis. Ruth interpretatur deficiens. de exemelis aūt sanctorum. ij. Corin. ij. Bonus odor xpi sumus. hoc vero pacto restat octauus: vt videlic3 cor vnitate teneatur: hoc est vt decetero penitens: ac salutē querens omnia in deum referat. in omnibus deū querat. ab omnib9 que deo displicent pro posse abstineat. H docuit apostolus. i. Corin. x. Siue comeditis: siue bibitis: aut quodcunq3 aliud facitis: omnia in gloriam dei vestri facite. hoc suadebat sapiens Eccle. xxx. Qui dicebat misererere anime tue placens deo et congrega cortuum in sanctitate: hic est ēm finis omniū salutem optantiū. Quoniā vt ait Bonauē. distin. xxxvi. ij. omniū bonarum voluptatū materialiter et formaliter est vnus finis. vlterius qui sic iam incedit cum christo manet. Sibi certe de proximo appropinquat: angelos letificat: vt habet finis nri euāgelij quod nobis concedat et c.

¶ Dominica quarta post penthecostes. Sermo. vij.



Elictis omnibus secuti sunt eu3. Lu. iij. Sciant oms ecclesie ꝙ ego sum scrutans renes et corda: et dabo vnicuiq3 vestrum ſm opera sua Apoc. ij. Ad ois in peccato viuentes: sunt verba ista. Nempe cum dicatur i euangelio: ꝙ apostoli in nocte laborantes nihil ceperunt. in vbo autem domini piscium multitudinē copiosam: et ꝓpter hoc relictis omnibus secuti sunt eu3. in quo innuitur peccatoribus: cu3 nihil in peccato proficiant merito omnia contēnēdo sequi debent xpm. Quod si duri sunt et obedire saluatori noluerint: d3 eis verbum secundum. Sciant omnes et c. Ubi duo notantur.

Primū examinatio rigorosa.

Scdm retributio ponderosa.

¶ Pro primo ꝙ nihil latet oculos altissimi Prouer. xv. In omni ēm loco oculi dni contemplantur bonos et malos: vt d2. ad Heb. iiij. Omnia sunt nuda et apta oculis eius. Propterea dicit Boetius. Magna nobis indita est beue agendi necessitas: ꝙ omnia agamus ante oculos iudicis cuncta cernētis. merito dominus probibet se scrutatorē renū et cordiū id est cogitationū et desiderioꝝ. O quot sunt pctōres ꝙ si putarēt se videri in actibus suis ea q̄ cōmittunt minime perpetrarēt. quot ēm furta: quot false testificationes. quot false signature in contractibus: in quitantijs et in obligationib9 perpetrant. Si denicq3 adulteria: stupra incestus fornicationes: mollicies: ac alia nefaria cōmittuntur: et hoc iō q2 putent se nō

¶ Quo ad primū ꝓfunditas recordationis notatur in verbo geminato cū dicitur. memoria memor ero. Profunde. aūt diuine bonitatis debemus recordari qꝛ tot ꝛ tāta nobis contulit in meritis ꝙ nec ꝓ vno solo beneficio sufficienter possumus regratiari dicit Bona. tractatu de ꝑfectu religiosorū ꝓmerēti bonū impēdere: iusticie est nō ꝓmerenti. Sed humiliter petēti pietatis est nō promerenti: nec petenti nec recognoscenti: sed potius īpugnanti ac rebellanti: nō nisi de mia iesu est: ꝛ in hoc gradu fuerūt ingratissimi iudei sicut xp̄iani pessimi. ¶ Primꝰ enī ingratitudinis gradus est beneficium nō rependere. secūdus beneficiū vitupare ꝛ offēdere. tertiꝰ beneficioꝝ obliuisci ꝛ maluz ꝓ bono reddere. Seneca.iij. de beneficijs. ingratus est. q̄ dissimulat: magis ingratus q̄ nō reddit: ingratissimꝰ est qui oblitꝰ est. per talē ingratitudinē multa mala proueniūt quia ꝑ eaz bona concessa aufferūtur: dimissa peccata reuertunť: ꝓmissa beneficia subtrahūť. de p̄mo. Ro.i. Cuz deū cognouissēt nō sicut deū glorificauerūt sed euanuerunt in cogitationibꝰ suis: ꝛ tradidit eos deus i reprobuz sensum. vn̄ Hieronymꝰ sup li. iudicū. deus q̄ videt in abscondito prospiciens mentes ꝛ aios vicijs ꝛ passionibus seruientes in corde alicuius se nō diligi. Sed auariciā aut libidinem aut iactantiā discedit a mente eius scꝫ subtrahendo gratiā ꝛ relinquit domū eius vacuā scꝫ virtutibus. De secūdo scribitur. Math.xviij. De seruo neq̄ q̄ ingratus iussus est venūdari quousqꝫ redderet vniuersū debitū qd̓ sibi p̄mo fuerat dimissum. Subaudi aūt pctā dimissa redire per ingratitudinē ꝺm Tho. ꝛ sco. in.iiij. dist. xxij. nō eadē numero nec per equiualentiaꝫ sed quātū ad quandā aggrauationē. illa eī peccata dimissa redire dicūtur: quia quisqꝫ post acceptā remissionē ad vomitū redierit tanto grauiꝰ punietur ꝙto dei benignitate abusus singuloꝝ ingratus extitit. libertus quoqꝫ ingratus dn̄o suo in pristinā seruitutē redigitur. C. d̓ libertis ꝛ eoꝝ liberis. l. Si manumissus. de tertio. Sap̄.xv. Ing̃ti spes tanq̄ hibernalis glacies tabescet. i. deficiet. ꝛ Bern̄. sup cātica. Ingratitudo est ventus vrens ꝛ desiccans fontem pietatis: ꝛ rorem mīe: fluenta gratie. hoc ergo vicio ne periclitemur. quilibꝫ nostrū dicere dꝫ memoria ꝛc. ꝛ p̄mo de beneficijs regratiari ne similes simus iudeis q̄bus dicit. p̄s.cv. Obliti sť deū q̄ saluauit eos. Et licet debeamꝰ omni tempore diuine visitationis recordari potissime tn̄ diebus dn̄icis ꝛ festis. ꝓpterea dr̄ Exodi. xx. de obseruatione sabbati. dr̄ septimo autē die sabbatū dn̄i dei tui est. Et in decreto in ca. missas. de cōse. di. i. ꝛ in. c. lꝫ de ferijs dicitur. die dn̄ica nihil agendū est nisi deo vacādū. Merito aūt tabescere dꝫ aia sup hoc: q̄a cū bruta bona facientes recognoscant quietē ꝛ ꝺm se totā appetant tp̄e debito: solꝰ hō miser deuꝫ obliuiscitur ꝛ in maximo die solempni ꝛ festo. super hoc cōquerit dn̄s. ysa.i. Bos cognouit possessorē suū ꝛc. ꝛ Hiere.viij Miluꝰ ꝛ turtur ꝛ hirūdo ꝛ ciconia cognouerūt in celo tp̄s suū populus aūt meus non intellexit. De festis vero dr̄ amos.v. Odiui ꝛ proieci festiuitates vestras: ꝛ merito quia i nulla die ebdomade tot peccata cōmittunt q̄ꝫ in die dn̄ica vl̓ in die festo. testimoniū huius ferant lupanaria taberne ludi spectacula vanitates. ornatus blasphemie ac alia innumera: vere tabescendū ꝛ dolendū. vnd̓ in persona saluatoris bern̄ ait. De tanta ingratitudine conquerēdo ꝛ querimoniā faciēdo ait. vide homo que ꝓ te patior: ad te clamo

qui pro te morior. vide plagas quibus affici or. vide clauos quibus cofodior. cũ sit dolor tantus exterior intus tamen est planctus grauior cum te ingratum sic experior. fleam⁹ ergo et doleamus super nostra ingratitudine et miseria. Quia vidēs iesus ciuitatē et c.

¶ Pro fundamēto mouetur qstio cum xps multotiens vt dictū fuit sermone pcedenti p nobis fleuit et tristitiā assumpserit. Utrū similiter oēs alios defectus humane nature pter pctm̄ assumpserit. Rñdet alexander in.iij.pte.q.v.in.ij.arti. vbi agit de his q̄ xps assumpsit: et q tales defect⁹ dicūtur pena. Pena aūt dr dupliciter. Est autē quedā pena a peccato et ad peccatū cuiusmodi est error ex parte aie et fomes ex parte corpis. Alius est defectus q̄ est pena a pctō. sed nō ē pena ad peccatū cuiusmodi est in nobis necessitas ad moriendū fames sitis et c. Itē iste defectus est duplex. quidā sunt defectus q̄ insunt vlr oī hoī et de necessitate vt necessitas ad moriendū fames sitis. alij sunt defectus qui nō vlr insunt oī hoī: sed vn⁹ uni et alius alteri. vt sunt gña egritudinum et defect⁹ mēbrorum. Dicendū ergo q xps assūpsit defectus vl'es nō pticulares et defect⁹ indetractibiles nō detractibiles cui⁹ sunt ignorantia fomes pcti et similes. Licet diceret fmone p cedenti q vix q̄ obliuiscit penitere i vita pt in morte penitere. Diceret tm̄ aliqs q imo: q oms in articulo mortis penitere hnt: habentqz sacerdotē q̄ saluant. Audiant tales q̄d scribit. C. de transactiōib⁹. l. ipossibilitas vbi dr. interposita metus cā transactiōis ratū nō habet fm edicto ppetuo cōtēpnit. Itē. C. de his q̄ vi metu cā fiūt. l. si donatōis vl' trāsactionis vel stipulatōis vt cuiuscūqz alterius cōtract⁹ obligatōis cōfectū instrmētū metu mortis vel cruciatu corpis extortū vl' capitales ruinas ptimescēdo addito pside prouincie pbare poteris h ratum hre fm edicti formā nō patiet. vt si qs dicat: facies h: vel faciā tibi tale displicitū. et alius dicit tu facies h vel pijciam te in mare. Dicit imperator q neutrum est iustum. Item d rl'is iuris in antiqs dr. Qui ex timore facit pceptū al'r fa cit q̄z debeat. et iō iā nō oia facit. Audiant h vniuersi mortales pctis oditi q̄ diuersis cōtractibus iuoluti pctis assueti nūq pendēte sanitate de salute cogitant cū mortē imminentē sentiūt et remediū querūt ad eā se dicūt velle redire. Nouit de⁹ si hoc fiat pncipalit pter ei⁹ timorē. vel pp dānationē. Nūc q̄ sanitate comite redeāt ad deū: q venient dies qñ circūdabūtur. Sz nūc in hac die qñ suis delicijs fruūtur: abscōdita sūt hec ab oculis eorum. Quare sup illos xps spūal'r flebat videns ciuitatē: meritoqz ipsi flere deberēt cuz addit. Si cognouisses et tu et c.

¶ In isto sermone erunt due partes.

Prima de his q̄ nr̄am ipediūt cognitiones.

Secūda d his pter que debem⁹ gerere fletū et cōpunctionē.

¶ Quo ad pmā nota q tria sunt q̄ mentes pctōrum impediūt ne de sua salute cogitent: et mala ventura preuideant.

Primū est inordinata affectio.

Scdm̄ iniqualis longa continuatio.

Tertiū iusta dei pmissio.

¶ Pro pmo. ps. lvij. Supcecidit ignis et nō viderūt solē et c. et. i. Cor. ij. Aialis hō nō sapit ea q̄ dei sr. Seneca qz ait. Perit oē iudiciū cū res trāsit in affectū. volūtas em̄ puer sa ē dic Sco. xxviij di. iij. Excecat itellectū et puatie et positie. Amor ei diuitiarum ipedit ne hō credat q i mercātijs vēdere deceptorie sit pctm̄ imo plimi nō itelligūt q vsurarum puitas sit tā detestabile scel⁹. Sic de his q̄ hnt satisfacere testamētū vl' restituere vt heredes vsurariorum vl' raptorum. Lz tales nō fuerīt i culpa. Amor ēt tollit cognitōes. Fac ei q mlieres vane nō pnt itelligere nec credere q vanitates sint tā gue pctm̄. et q ide tot crimia causet. nec credūt pcm̄ eē abusū mrimonij et filia. Silr amor bonorum nō pmittit mala puenientia ex taliābiciōe et bnficiorum plalitate De his v'ificat illō. ysa. xxx. Loqmini nob placētia et audiem⁹ te. et. ij. Thio. iiij. A vitate qdē auditū aduertēt: ad fabulas aūt puertentur. et Prouer. xxi. Lucerna ipiorum pcm̄ ē. Idē faciūt alie passiōes iordiate: vt odiū timor et hmōi. vnd recte dic Boeti⁹. Tu qz si vis luie claro cernere verū. Tramite recto carpe callē gaudia pelle. Pelle timorē spēqz fugato nec dolor assit. Nubila mēs ē victaqz frenis Hec vbi regnāt: et pene ifiniti hoies i oī statu qñ sūt excecati. Et vñ pene ifinita hoim mltitudo i oī statu sic excecata ē: q cūlpiti sint ac lrati vt religiosi sacdotes clerici iuris cōsulti mulieres plime sensu naturali pditē viri quoqz mltiplices in varijs actib⁹ mechanicis experti aliorum defectus et picula bñ

Vidēt τ discrimē. Unde inq̃ʒ sic excecati sūt
vt in ꝓprijs factis passim offendāt sine fre
no ac remedio: nisi ꝙ his malis passionib⁹
detineńt. In figurā huius ꝓpter dilectionē
nimiā vxoris sanson fuit excecatus. Judicū
xvi. τ. xvij. Et impijssimi iudei passionibus
ire τ inuidie excecati sunt ꝯtra dn̄m: nec ei⁹
verba credere potuerūt. sicut dr̄ Mathe. xv.
Ceci sī τ duces cecoꝝ: iō sinite illos. De scd̄o
sap̄. ij. dr̄. Excecauit eos malicia eoꝝ. Malitia
ei portat habitū vicij q̄ acq̄rit ex frequētia a
ctuū. In figura h⁹ qn̄ sodomite erāt mētal'r
excecati nō faciebant de tanta turpitudine
cōscientiā τ pene oēs illius ciuitatis talia
opabantur: ꝑcussit eos dn̄s cecitate corpo⸗
rali cū vellent irruere in loth. vt dr̄. Gen̄. xix.
Sed talia flagitia τ si om̄s gentes facerent
eodē criminis reatu diuina lege tenerētur
xxxij. q. vij. flagitia. Sic etiā multi xp̄iani sī
excecati vt tāq̄ȝ licita illa velint defendere.
vnde Augu. in encheridion. Peccata q̄ȝuis
magna q̄uis horrenda cuȝ in cōsuetudine
venerit aut pua aut nulla reputātur. Sic
saul pctīs dānatus est. in tantā dementiaȝ
venit vt ad diuinatores se cōuerteret: quos
tn̄ a regno expulerat. vt habet. i. Reg. xxviij
Hec fuerūt q̄ iudeos prepediebant ne vētu
ra mala cognoscerent vcȝ affectio inordina
ta τ malicia cōtinuata. Cū enī haberent in
deutonomio τ leuitico maledictiōes quas
icurrerēt: si legē dn̄i preterirent: τ plus soli
to incūberēt ypocrisi ac auaricie τ vane glo
rie: ꝑsequerenť quoq̧ illū qui eos q̄ dei erāt
dicebat τ que honestati ac rationi congrue
bāt suadebat: nisi fuissēt excecati merito co
gitare poterant ꝙ puniēdi forent. Nūc quo
q̧ similis forme sūt xp̄iani. Irritā enī quis
facientes legē moysi sine vlla miseratione
duob⁹ vel tribus testibus morte moriať: q̄ȝ⸗
tomagis deteriora. cū enī putatis ꝓmereri
supplicia qui sanguinē testamenti cōculca
uerit. i. spūssancti grē cōtumeliā fecerit. He
bre. x. Quid ergo. fiet blasphemis q̄d adulte
ris quid cōcubinarijs quid sortilegis q̄d di⸗
uinatorib⁹ vsurarijs dolosis fraudulentijs
pene in oī arte. quid scandalizantib⁹ ornatu
nutu aspectu frequētatione risuq̧: ac alijs
innumeris modis. Nūc aūt oīmode abscondi
ta sūt hec ab oculis tuis: sȝ sicut diues epu⸗
lo oculos eleuauit dū esset in tormētis sic τ
miseri peccatores cū erūt in puncto mortis
τ coraȝ deo in iudicio dicent. lassati sumus
in via perditionis: vias difficiles ambula⸗
uimus τ sol iusticie nō luxit nobis. Sap̄. v.
¶ De tertia causa huius executionis. ysa. vi.
Exceca cor popl'i huius τ aures eius aggra
ua vt videntes non videant neq̄nādo con⸗
uertentur τ sanem eos. Curauimus babilo
neȝ dicūt angeli. Hiere. xv. τ curare volum⁹
τ non est curata derelinquam⁹ eam. iustuȝ
est enī vt qui deū derelinquit: ab eo derelin
quatur: τ qui ī sordibus est sordescat adhuc
Apoc. xxij. Itē dormiētes in sepulchris quo
rū non est memor amplius. τ ipsi de manu
tua repulsi sunt. hos certe vidētes deplorat
saluator mistice flendo super ciuitateȝ que
si scirent sibi mala ventura flerēt. iuxta the
ma. Vidēs iesus ciuitatē τc.
¶ Quo ad secūduȝ principale viso sermone
precedenti: quia flere debemus de perpetra
ta iniquitate: ordine consequenti dicenduȝ
est quomodo flere debemus de dilata felici⸗
tate. Hoc fletu rigabatur qui dicebat. p̄s. xli
Fuerūt mihi lachryme mee panes τc. Me⸗
rito autem debet flere anima nisi sit multū
obdurata: τ considerando ꝙ ignorat si ad il
lam ventura est. nullus enim certus est de
sua beatitudine. Vidimus: inquit augu. in
solilo. ꝙ sine grandi timore dicere non pos⸗
sum⁹ aliquos qui pene absq̧ celi sydera ni⸗
dum suuȝ videbātur collocasse in inferni po
stea baratrum detrusos. Vidimus alios pe
ne in sceno peccatorum lapsos: τ postmodū
dei facilitate dextera ad celi soliuȝ eleuatos
Jobi quoq̧. xxxviij. Indica mihi si nosti q̄s
sit locus lucis ad locus tenebraruȝ. quod ver
bum tractans greg. in moralibus ait. Quis
est qui sciat si hi qui nunc boni sunt vsq̧ in
finem perseuerare habeant. τ si hi qui mali
sunt vsq̧ in fineȝ in malicia continuare de
beant. nullus certe nisi deus solus. Vidim⁹
latronem de supplicio transire ad gloriā. vi⸗
dimus τ iudam de apostolo transire ad ge⸗
hennaȝ. rursus vidimus aliū latronem de
supplicio tp̄ali transeunteȝ ad penam eter
nam. Vidimus τ alios apostolos de aposto
latu peruenientes ad gloriā. Unde aūt vel
quare hec mirabilia fiāt: nostruȝ nō est dif⸗
finire nisi ꝙ hec imitatio dxtere excelsi. plu
res equidē: vt ait pater franciscus in cron⸗

fuerunt mēbra diaboli qui efficiūtur disci-
puli xp̄i.vñ ⁊ Aug.xxiij.q.iiij.c.Nabuchodo-
nosor. Nec de iudicio dei conqueruntur quō
eos deserit ⁊ quō nullas grās agimus q̄ li
berat nos. Itē dicit idē aug. Nos ⁊ si ratōne
ꝓfunditatē iudicij diuini penetrare nō pos
sumus manifestissime tñ scim⁹ ⁊ veruꝫ esse
qd̄ dicit ⁊ iustū esse qd̄ fecit. ⁊ Grego.de pe.
di.ij.c.multi. Idcirco enī virtutis iter nō pse
ueratur. Inchoāt vt eis qui puēturi sunt vi
am qua gradiūtur ostendāt quoꝝ etiam ca
sus vtilitate nō modica electoꝝ ꝓuectibus
seruit: quia ipsoꝝ lapsum duꝫ ꝓspiciunt de
suo statu contremiscūt. Qui stat videat ne
cadat. Quis in tā stupendis dei iudicijs pe
nitus ignorās finē suū materiā nō habeat
flendi: qs securus erit: Infelix hō ego sū qs
me liberabit de corpore mortis hui⁹: Rom.
vij. Mardocheus lugebat indutus sacco vs
q̄ ad fores palacij ppl'i sui interfectionē nō
factā sed fiendā die futura deplorās. Hester
iiij. Quis dabit capiti meo aquā ⁊ oc'lis me
is fontē lachrymarū ⁊c. Reperient̄ hec aque
in solitudine querēdo deū ⁊ cessando a stre
pitu mūdanoꝝ ⁊ occupatione. In cui⁹ figu
ra Amā iuenit aqs calidas.i. balneatas in
solitudine. Gen.xxxvi. Impetrandeq̄ sunt a
deo pcibus duotis. In cui⁹ figura. Judicū.i.
legit̄ q̄ axa filia caleph ⁊ sponsa othoniel a
monita fuit a sponso suo othoniel: vt postu
laret a pr̄e suo terrā irriguā. Cū igitur ābu-
laret cū pr̄e suo caleph sedens sup asinā su-
spirauit. ⁊ cū pr̄ interrogaret q̄re suspiraret
rn̄dit. terrā arentē dedisti mihi iunge ⁊ irri
guaꝫ. ⁊ dedit ei pr̄ irriguū supiusꝫ inferi⁹.
Axa est aīa filia dei ꝑ creationē ⁊ fidē. hec a
monet̄ a spōso suo xp̄o vt petat a deo irrigu
um.i. terrā cordis: cū aqua cōpūctionis que
ambulās ꝑ viā virtutū cum deo.i. dei adiuto
rio sedēs sup asinā. Aīa passionibus carnis
suspirijs affectās sibi dari a deo cor cōpūcti-
onis ⁊ lachrymaꝝ ⁊ deus exaudit nō solum
cōpunctionē de pctis cū timore supplicij dā
do qd̄ est irriguū inferius: sed delectationeꝫ
patrie q̄ est irriguū superius. Ad habenduꝫ
quoq̄ has lachrymas vt inducamur lachry
matus est ⁊ ipse iesus in cruce vt ipse nos i
troduceret in gloria ⁊ exaudit⁹ est ꝓ sua re
uerentia. Hebre.v. Flere quoq̄ debem⁹ sup
calamitate ꝓximoꝝ. dī enī.i. Corint.xij. Si
quid patitur vnū membrū: compatiuntur
⁊ cetera mēbra. Hoc fletu fleuit dn̄s videns
exterminiū quod illi ciuitati iminebat. Hoc
mō debem⁹ moueri videntes aīas xp̄i pcio
so sanguine redemptas: sic in sterquiliniuꝫ
pctoꝝ ꝓsterni. Sic samuel lugebat lōgo tē
pore pro pctō saul.i. Regū.xvi. vnde Augu.
Suut ne in te xp̄iane viscera pietatis q̄ plā
gis corpus a quo recessit aīa: ⁊ non plangis
aīaꝫ a qua recessit deus. ⁊ Hiero.lxxxvi.dist.
Qui clementiā non hꝫ nec est indutus visce
ra mīe ⁊ lachrymarū: q̄uis spūalis videat̄
nōduꝫ impleuit legem xp̄i. Sed quis ē nūc
qui defleat dānari ⁊ celū pdere: aut qui com
patiatur sup aīaruꝫ salute. dicat Sapiē.ij.
Non ptereat nos flos temporis ⁊c. Nemo ē
qui reuersus sit ab inferis. Sed certe ait sa
lomō. Eccl'es.ij. Et gaudio dixi quid frustra
deciperis. O mundani videte saluatorem
flenteꝫ: ⁊ cū eo flete. Quia si cognouisses ⁊c.

¶Dn̄ica.x.post penthe. Sermo.xix.



Escēdit hic
iustificatus in domū su
am. Luce.xviij. Quos p-
destinauit hos ⁊ voca-
uit: ⁊ quos vocauit hos
⁊ iustificauit: quos aūt
iustificauit hos ⁊ magnificauit. Rom.viij.
Quia in euāgelio hodierno publicani iusti
ficatio ondītur a quo ⁊ quo ordine vniuersi
pctōres iustificentur verbis subsumptis de
clarat ap'lus: vbi tres cause iustificationis
impij ostendūtur: scꝫ.
Causa efficiens.
Disponens.
Et perficiens.
¶Prima cā iustificationis est predestina-
tio ſm mgr̄m snīarū.xli.di.i.⁊ est ꝓpositum
diuine voluntatis cōferendi grām electis i
pn̄ti ⁊ in futuro gl'am. Hec aūt predestina-
tio nullis exigentibus meritis fit: sed sola
dignatione voluntatꝫ diuie. ſm qd̄ dr̄. Exodi
xxxiij. Miserebor cui voluero: ⁊ clemens ero
in quē placuerit mihi. ⁊ Rom.ix. Priusq̄ a-
liqd boni aut mali egissent: scriptum ē Ja-
cob dilexi: esau aūt odio habui. Nec alia que
renda est rō quare hūc pdestinet illū nō nisi
sua volūtas q̄ est pma cā infallibilis. Scda

causa iustificationē disponens est dei vocatio. parū em̄ foret p̄destinari nisi quis ad bonū ad qd̄ elect⁹ est a deo vocaref. Joh.vi.dr. Nemo pōt venire ad me nisi pr̄ me⁹ ꝛc. Hec aūt vocatio referf ad auxiliū dei intellectū mouētis ad patrē desiderandū: queqdē motio nō est ipsius pcti remissio: sed dispō eius Vocationē aūt hanc deus nemini denegat q̄diu est in p̄nti seculo. Mat.xi. Uenite ad me oēs qui laboratis ꝛc. ꝛ Johan.vij. In nouissimo die festiuitatꝭ stabat iesus ꝛ clamabat di. Si quis sitit veniat ad me ꝛ bibat. In signū huius dr̄. Luce.xiiij. Exi cito in vicos ꝛ plateas ꝛc. Tertia cā iustificationē pficiens notatur cū dr̄. quos aūt iustificauit hos ꝛ magnificauit. Utile non foret p̄destinari nisi qs iustificaref: s iustificatiōe habita p grām magnificaf aīa ac intantū sublimaf vt dei patris filia xp̄i spōsa ac sp̄. templū efficiaf. de.i. Jo.i. Quotqt aūt receperūt eum ꝛc. et ad Gala.iiij. Misit deus sp̄m filij sui in corda vr̄a clamantē abba pr̄. De secūdo.ij. Cor.xi. Despondi enim vos vni viro ꝛc. ꝛ Osee.ij. Desponsabo te mihi in fide. De tertio.i. Cor.iij. Templū dei sanctū ē qd̄ estis vos. hec aūt iustificatio ꝛ magnificatio meritorie nobis p passionē ꝛ mortē dn̄i nostri iesu xp̄i ꝛ nō aliūde nobis inest. Johan.i. De plenitudine eius oēs accepimus gratiā. p gratia cōfertur quoqꝫ pcatiue per virginē benedictā xp̄iferam. De qua ber. sup missus est ait. Maria nobilis ē illa stella ex iacob orta: cui⁹ radius vniuersū orbē illuminat: cuius splendor in supnis p̄fulget ꝛ inferos penetrat: terrā etiam perlustrās ꝛ calefaciens mentes magis q̄ corpora excoquit. Ad hos duos recurramus vt magnifice de nobis singulis dicatur. Juxta thema. descendit.

¶ Pro fundamēto mouef q̄stio. An ad iustificationem impij requiraf gr̄e infusio? Richar. disti.xvij.iiij. dicit q̄ sicut qn̄ ex vno elemento fit aliqd cōcurrūt quattuor. s. vnius forme corruptio. alteri⁹ gn̄atio. dispō ad corruptionē vni⁹. ꝛ dispō ad gn̄ationē alteri⁹. Sic cū de ipio fit iustus requirūf q̄ttuor. s. īpietatis destructio q̄ est culpe remissio: ꝛ gr̄e infusio: dispō ad destructionē impietatꝭ q̄ est culpe dei detestatio: ꝛ dispositio ad susceptionē gratie q̄ est liberi arbitrij ad deū cōuersio. Et ita ptꝫ q̄ infusio gratie requiritur ad iustificationē impij. Hoc aūt verum est sm̄ Sco. dis.i.iiij. de potentia dei ordinata: sm̄ quā decreuit nemini culpā remittere nisi cōferendo gratiā: vtpote reponendo in puris naturalibus sine acceptatōne ad gloriam: cū etiā in humanis hō possit remittere offensas absqꝫ hoc q̄ offendentē suscipiet in gratiā. Videto in eadē di.q.i. Cū enim in oī opere dn̄i sit mia ꝛ veritas: ꝛ hoc maxime in nobili ope hoc opꝫ esse in ope iustificationis. Quoniā ergo hō peccauit et nihil ante gr̄e infusionē apud deū meruit merito condigni: deus iusto iudicio nō oīno effectū culpe tollit imo penā relinquit. ꝛ iō nō in meliorē statū boīum statim restituit. Et qm̄ misericors est: iō etiā ampli⁹ bonū reddit: quo magis indiget. iō nō tm̄ restituit innocentiā: verūetiam dat gratiā. Ideo q̄uis delere possit de⁹ sine medio culpā: decreuit tn̄ delere per grām q̄ nō tantū faceret hoīeꝫ inocentē imo etiā per peccm̄ debilitatū abilitaret ad bonū. ꝛ sic ibi relinquit ad iustificationē p̄requiri gratie infusionē. Pro parabola mirari nullus dꝫ si plures dānanf. Dr̄ em̄ extra de iudi. ca. Cū nō ab hoīe. ex̄ns in crimine nolens se corrigere debꝫ degradari ab oī priuilegio ꝛ dignitate clericali. Scribif quoqꝫ. C. de seruis fugitiuis. l. q̄cunqꝫ. Crescente cōtumacia: crescere dꝫ ꝛ pena. Audite hoc vniuersi pctīs deditī p assumptionē baptismatis ꝛ xp̄ianitatis: vos estis gen⁹ electū. i. Pe.i. regale sacerdotū gens sancta populus acq̄sitionis: assumendi ad ordines angelor̄. sed prothdolor vt dr̄. Rom.i. Cum deū cognouissent nō sicut deū glorificauerūt sed seruierūt potius creature q̄ creatori q̄ est benedict⁹ in secula: ꝛ cōmutauerūt gloriam dei in similitudinē corruptibilis hoīs ꝛ volucrū ꝛ quadrupedū atqꝫ serpentū. Quid ergo tales expectare dn̄t: qd̄ eis accidꝫ. Sic criminose in oī malicia inuidie ire blasphemie supbie pompe vsure negligentie luxurie viuentibus. Certe illud qd̄ Leui.xxvi. dr̄ visitabo vos velociter in egestate ꝛ ardore q̄ conficiat oculos vr̄os ꝛ cōsumat aīas vr̄as Et sequif. Ponā faciē contra vos ꝛ corruetꝭ corā hostibus vestris. De sic quoqꝫ criminose viuentibus ac deū offendentibus qualiter a sanctorū consortio ꝛ ordine separandi ꝛ

ubi sint collocandi. Apoc.ij. Ego mitto eā.i. Iesabel signantē sensualitatē: in electum: supple inferni. et qui mechant cum ea in tribulatōe maxima erunt nisi pniam egerint ab operibus suis. O indurati peccatores ecce quos expectat ergo ne degradamini ne habita dignitate spoliemi. cuius hoc publicano pniam agite: ceruicē durā cum phariseo nolite gerere. quare de vobis dicatur et singulorū: qd notatur iuxta thema. descendit hic iustificatus.

¶ In isto sermone erunt due partes.

Prima que peccatorem debent inducere ut pctm̄ abijciat.

Secūda que peccatorē facere opꝫ ut iustificationem suscipiat.

¶ Quo ad primū nota quattuor q inducere debent quēlibet peccatorē exemplo publicani: ut peccatū dimittat et ad deū redeat quorum duo dicentur. Primū est dilate cōuersionis desperanda possibilitas. Secūdū est diuine dignationis exuberans multiplicitas. Pro pmo huius puncti obachantur in pctis nec ea dimittere curāt estimātes quacūqꝫ hora voluerint posse penitere maxime ubi mortis imineret piculū. Sed certe vix hoc poterūt. qd deducit per legē euāgelicā canonicā et ciuilē. Pro pmo. Luc.xix. Qui hꝫ dabit ei: et qui nō hꝫ id qd hꝫ.i. videtur habere aufferet ab eo hꝫ utiqꝫ iustus tps qd bene expendit. huic tps habenti tps in fine dabitur.i. spaciū recogitandi et purgandi pscias suā: et abundabit scilꝫ pnia vera venia apla gratia multa et gloria infinita. Is autē qui non hꝫ scꝫ maleviuendo temp' preciosum amisit qd habet fm suā presūptionem.i. qd habere se credit in fine aufferet ab eo pp̄ter demeritum sue malicie continuate. Apoc. iij.dr. Esto vigilans. sequit. Si nō vigilaueris veniā ad te tanqꝫ fur: qui scꝫ venit latēter ut ex improuiso bona auferat et possessorē occidat. Unō subdit. et hora qua nescis veniā ad te. Iustū est enī: ait bonauētura sup apoc. ut qui seipm per negligentiā et torporem nescit: nesciat horā sui iudicij extremi. et qui propter suas tenebras non videt lucē et errores credit et optat se diu in prosperitate victurum et diu iudicium dei esse tardandum: et etiam spe presumptuosa sperat se finaliter saluandum hora insperata ab eo a do puniatur. propter quod.i. Thessa.v. dicit apostolus. Dies domi sicut fur ita in nocte veniet. Cum enim dixerint pax et securitas tunc eis repentinus superueniet interitus Audite hec indurati corde: audite hoc ecclesiastici luxurijs dediti: audite ludis alearum incūbentes. Audite alienū habentes usuras exercentes apertas vel palliatas. Audiant quicūqꝫ et quibuscunqꝫ peccatis vacantes: vigilate emendate: quia nescitis horā qua dominus vester venturus sit. De illis enim qui hora tempestiua redeunt ad deum subdit apostolus ca. preallegato. Uos autē fratres non estis in tenebris ut vos dies illa tanqꝫ fur apprehendat. Oms enim vos estis filij lucis et diei: ergo non dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrij simus: qui enim dormiunt nocte dormiunt. Secundo deducitur hec difficultas per legem canonicā.xxiij.q.v.c. diaconi. Et sunt vba hieronymi. Moderatio dei ac pietas solum nostrum reditum requirit: ac nos cupit larga sua bonitate. Sequitur si non cōuertimur si duri colli fuerimus si in peccatis usqꝫ ad mortem illiciate perduramus assidue peccatium non miserebitur deus. O duri peccatores quid clarius videant quia dicit assidue idest iterato fm glo. Nam vulnus iteratum difficilius sanatur. de peniten. dist.iij.c. Inanis. Nec forte surrepat illud. quacunqꝫ hora ingemuerit peccator et cōuersus fuerit: vita viuet et non morietur. Audi augusti. de peniten. distin.vij.ca. Nullus. Crede inquit illi qui dicit quacunqꝫ hora ingemuerit peccator etc. dicit puersum: et nō tm̄ versum. Usum quidē puto illum qui dolet de crimine. puersum vero de oi qui puertitur qui iam penas nō timet sed ad bonū dominū scilicet deum festinat tendere. sequitur timendum est de penitente. Tertio quodcūqꝫ lege ciuili hoc deducitur. Surdus a natiuitate seruum nequit manutenere: ut habet. ff. de manumissis.l.i. Si quis per totam vitam suā domis rēnuit obedire: aurēqꝫ suam manumittere nequibat nec a diuina potestate eripere. Prouerb.xxviij. q obdurat aurē suā ne audiat legē orō eius erit execrabilis. Talib' dicꝫ dñs Prouerbio.i. Uocaui etc. Sequit ego quoqꝫ

in interitu vestro ridebo. O mūdani iniqui
quid ergo nūc vos detinet: qd societates qd
consuetudies qd lasciuias vr̄as proseqmi:
putat̄ iusticiā dī euadere: An equū sit bene
& male viuentiū pari salario remunerari.
Audiatis albertū sup illo verbo. Joelis.ij.
Quis scit si cōuertatur & ignoscat deus. Cō
uertat̄ inquit ab ira ad miām: & cognoscat
i. quis scit si ignoscere velit. Quāuis enī cer
tū sit q̄ cōtrito ignoscit tn̄ icertū est an sit
vere cōtritus. de tali dr̄ Eccle.vij. Nemo pōt
corrigere quē ipse despicit illū qui p totā vi
tam suā eum contēpsit peccando. Quot enī
sunt exempla ad hoc sunt inumera & in sa-
cra scriptura & in hystorijs. Primo esau. ad
Hebre.xij. Qui nō inuenit locū pnīe: q̄uis
cū lachrymis iā expostulasset. & hoc idē pt̄
de anthioco.ij. Machabeo.ix. de quo dr̄ ora-
bit scelestus dn̄m a quo nō erat miām con-
secutus. Itē.iij. Luc.xij. parabolice tamē de
illo q̄ dicit. Aīa mea habes multa bona &c.
Quarto adest exemplū qd̄ ponit beda in ge
stis anglo℞ q̄ cū qdā faber male vite diu-
in malis pseuerauerit subita ifirmitate de
tentus cū a suis ad penitentiā animaretur
cepit clamare se nō posse penitere. qr̄ inquit
sicut btūs Stephan⁹ vidit celos aptos ita
video infernū apertū & locū mihi paratum
cū his qui xp̄m occiderūt. & post hec dicit iu
diciū instare: nec spem salutis sue supeē p
pter suā malā vitam tā diu continuatā. et
hec dicens mortuus est: & in terra pphana
sepultus. Secūdum qd̄ dz nos inducere ad
peccatū abijciendū est diuine dignationis
multiplicitas. Sed consideremus inestima-
bilē dilectionē quā ad nos gerit & gessit sal
uator nos creando redimēdo a pctīs multi
plicibus ac alijs incōuenientibus pseruan
do. Cur poti⁹ deberet nos punire q̄ tot mi-
lia iam dānatos q̄ forte incentesima parte
nō tā grauiter peccauerūt sicut nos. annū
ciate ergo virtutes ei⁹ vt dr̄.i. Pet.i. Qui de
tenebris vos vocauit: vt videlicet cogno-
scendo tantā dilectionē resipiscatis a pecca
tis. ad hanc dignationē agnoscendā. Indu-
cit augus. lib. contra hereses in persona xp̄i
loquēs. Cogita o hō q̄lia & quāta p te feci:
cum nō esses te creaui &c. O miseri pctōres
vt quid ergo in peccatis perduratis: huius
publicani exemplo ad deū redite vt de sin
gulo vestrū verificetur thema descēdit hic
iustificatus &c.

¶ Quo ad secūdū principale viso quid nos
debet mouere ad peccatum relinquendū: re
stat videre quid agere debemus ad iustifi-
cationem obtinendā. Sciendū qr̄ vt quis
iustificetur duo sūt necessaria prout ex serie
hui⁹ publicani iustificati colligi pōt.

Primum est plena contritio cum detesta-
tione.

Secundum est integra confessio cum satis
factione.

¶ De pmo nūc agendo nota q̄ contritio vt
sit pfecta dz habere tria que habuit hic pu-
blicanus: scz.

Timorē.

Pudorem.

Et dolorem.

¶ Timor notatur in hoc q̄ stabat a longe.
Pudor in hoc q̄ nolebat oculos ad celum
leuare.

Dolor in hoc q̄ pcutiebat pectus suū.

¶ Primo enī timor exigitur a timore tuo in
quit ysa.xxvi. peperim⁹ & parturim⁹ spiritū
salutis. & Eccl̄.i. Initiū sapientie timor dn̄i.
vnde & Apoc.xiiij. dr̄ Vidi alterū angelū vo
lantē per mediū celū. sequitur dicentem vo
ce magna. Timete deum: & date illi honorē.
Merito autem timere debet peccator igno
rans mortis horā moriendi: formā mortis
locum ac statū. Merito timere debet q̄ plu
rima argumenta dānationis q̄ saluatiōis
habet. Si vero horrendum sit incidere in
manu dei viuentis. Hebre.x. & iterū ibidē.
Et irritam quis faciens legem moysi duo-
bus aut tribus testibus sine vlla miseratio
ne moritur: q̄tomagis putatis eā deterio
ra promereri supplicia qui sanguinem te-
stamenti conculcauerit & spiritū & gratie
contumeliā fecerit. verebar dicebat Job.ix.
omnia opera mea sciēs quia non parceres
delinquenti. O deus eterne si de eius operi
bus vt ipse in alio loco testatur non repre-
hendebat eum cor suum in tota vita sua.
Sic verebatur seu timebat quid facere de-
bet: qui nunq̄ in tota vita sua quicq̄ boni
fecit. Timeat ergo peccator vt dicit̄. Ecclesi
asti.xxxij. Pro reuerētia & timore accedet ti-
bi bona gratia. ¶ Secūdo pudere debet pec
cator propter obprobrium ac vilitatem de-

licti sui sic pudebat qui dicebat. Quoniam iniq-
tatem meã ego cognosco ps. l. Hanc passio-
nem qui h3 si in peccato sit de facili curat:
τ si in peccato non sit valde preseruatur. de
hac Eccle. xxxij. Ante grandinẽ preibit co-
ruscatio: τ ante verecundiã preibit gra. Et
Valeris. lib. iiij. Verecũdia parens est oĩs
honesti consilij tutela iõim solẽnium offi-
ciorum magistra innocẽtie archa proximis
accepta. de nõ pudentibus aũt dicit. Jere.
vi. Confusione nõ sunt confusi: erubescere
nescierunt. Et quis queso tam vecors qui
coram deo erubescere nõ debeat. Si diligẽ
ter attendat q̃liter sine rubore in eius pre-
sentia ac facie peccare nõ erubuit. Que mu
lier tam effrons: q̃ non erubescat: si τ propo
sponso in adulterio sit deprehensa. Quis te
stis tam obstinatus q̃ non verecũdetur: si
falsum coram seuero iudice conuincatur
deposuisse. Quis filius tam ingratus quẽ
non pudere debeat si patrẽ propriũ perdi-
disse appareat. vbi g̃ apparebũt peccatores
maledicti sponsũ3 puipẽdẽtes iudicem se
uerum irridentes τ prem eternũ contem-
pnẽtes. Sed ꝓth dolor eoꝝ cuilibet potest
dici illud Jere. iij. Frõs meretricis facta est
tibi: vt noluisti erubescere. Tertio dolere de
bet peccator ꝓpter offensam τ dãnum sicut
doluit Dauid q̃ dicit. fuerũt mihi lachryme
mee panes τc. sic doluit Petrus q̃ fleuit a-
mare. sic Magdalena τc. Sic dolens cupie
bat ille qui dicebat Job. xiiij. Dñe dimitte
me vt plangã dolorem meũ. Nota tñ ꝙ du-
plex est dolor de pctõ. Primus q̃ dicitur sen
sibilis in lachrymas prorũpens: hic non re-
quiritur de necessitate. ait Bonauẽ. xvi. di.
iiij. q2 non est in ptãte nostra. Alius est mẽ
talis qui dr nolicio seu peccati oditio: aut
volũtatis displicẽtia qua displicet cõmisisse
peccatũ hic dolor exigitur: τ ẽm Thomã in
iiij. dist. xvij. de maiori pctõ d3 esse maior do
lor: qm̃ in grauiori pctõ plus deus offendi-
tur τ pene debet aggrauari ẽm quãtitate3
delicti. xxiiij. q. i. ca. Non afferamus autem
vt fratrum filij. §. i. colla. ix. Sed nunc q̃ do
leat: qui pudeat: aut timeat: indurauerunt
cor suum τ noluerũt reuerti. Prouer. ij. Le-
tantur cũ malefecerint: τ exultant in reb9
pessimis. Parum est eis peccare cupiunt τ
amplius inique agere parum est eis pecca-
ta peccatis addere. gaudẽt peccata perpe
trasse qd est mortale nouum ẽm Thomas
τ Alexan. Quotiens videlicet post actum
peccati mortalis intra se gaudent scienter
de tali actu vel se iactant. Talibus durissi-
me dicit ps. li. Quid gloriaris in malicia τc.
τ sequitur propterea deus destruet te in fi-
nem. Parum est insuper hec omnia facere.
Sed quod deterius est peccata defendunt
aut excusant dicendo: aut se a peccatis nõ
posse abstinere: aut peccãdo non displicere.
sic vsurarij: sic luxuriosi: sic vendentes τ emẽ
tes: cu3 periurijs: ac mẽdacijs. sic voluptuo
si aduocati iniusticiam facientes asseuerãt
que omnia dei blasphemiã fouent. dicit eñ
Hieronymus super symbolu3. Anathema
sit qui dicit christũ dñm precepisse impossi
bile. dicitur quoq3 Sapi. xiiij. Odio sunt deo
impius τ impietas eius. O duri filij Ada3
corda vestra emollite: peccata vr̃a recogno-
scite: τ huius publicani exẽplo conterami-
ni: vt iuxta propositiões premissa3 de vob di
catur descendit hic iustificatus τc. hic licet
quereretur: vtrũ peccator statim post pecca
tum cõmissum teneatur conteri. respondẽ
dum est ẽm Pe. de tarentasia in. iiij. di. xvij.
ꝙ conteri de peccato non semper obligat
sub quacũq3 cogitatione aut ymaginatio-
ne saltem speculatiua: sed dumtaxat cum
peccatum mortale cõmissum menti occur-
rat practice vt delectationis vel detestatio
nis tenetur homo tũc detestari. ẽm do. Ale
xandrũ in. ij. pte in tractatu de negligẽtia
Quãdo excitatur a gratia dei quod est qñ
cogitat τ aduertit ꝙ graue sit peccatũ suũ
tenetur tunc conteri τ si nõ conteritur vel
saltem atteritur periculũ est ꝙ talis negli
gentia sit mortalis precipue induci debent
peccatores vt die dñica conterant vel saltẽ
atterantur: ẽm vero doctorẽ seraphicũ di.
xvi. q. ij. iij. articuli dicendum ꝙ cũ deus ab
soluit hominẽ a culpa ligat eum vinculo ꝑ
petue detestationis. tenetur eñ semp ma-
lum quod fecit detestari. Et q2 tentio talis
est precepti affirmatiui cum preceptum af
firmatiuũ obliget pro semper: τ nõ ad sem
per: ideo peccator tenetur semper conteri.
Sed ad semper videlicet cum se offerunt
tempus τ locus cũ scilicet recogitet mala
sua τ loca in quibus deũ offendit τ di. Sed

tus di.iiij.Quod actu cogitans de peccato scilicet practice nō conterens peccat mortaliter ⁊c.

¶Dominica.xi.post pēthe.Ser.xx.



Uspiciens in celum ingemuit dicēs epheta quod est adaperire Math.vij. ⁊ in euangelio. Attendite ad abrahaz patrem vestrum ⁊ ad sarrā que peperit eos Isa.li.quia saluator noster in euangelio inducitur gemens:atq₃ compatiēs super surdum ⁊ mutuum vt ⁊ illud faciamus super animas nostras eius exēplo verbis.ij. sumptis inducimur cum dicitur. Attendite.in quibus verbis duo notantur.

Primum conuersationis saluatoris virtuosa imitatio.

Secundum animarum nostrarum benigna perseueratio.

¶Quo ad primum quia boni filij est imitari patrem. filius eniz dicitur a philos qd̓ ē amor:quia in filio relucet patris amor. Et xp̄us Jesus per Abraham figuratus est: q̇ est pater noster ꝫm illud deut.xxxij. Nunqd non ipse est pater tuus qui possedit ⁊ fecit ⁊ creauit te.⁊ ad gall.iiij.Misit deus pater spiritum filij sui in corda vestra clamantez abba pater.Ipseq₃ quoq₃ est petra a qua sumus excisi per denoīationē. petra eniz erat xp̄s.i.Cori.x.A xp̄o autē christiani dicūtur Extra de sacra vnctione ca. Cum venisset. xp̄ianorum vocabulum sumptum est:vt a xp̄o xp̄iani dicantur.Et nota de cōsecra.di. iiij.c. Postq̄ merito ad deuz ⁊ ad eius facta attendere debemus: ⁊ hoc vt ipsum imitemur.licet aūt ip̄e dulcis iesus imitandus apparet in omni sua cōuersatiōe precipue tn̄ in tribus imitandus est.

Primo in mundi contemptu despectione.

Secūdo in corpis cruciatu ⁊ afflictione.

Tertio in pietatis affectu ⁊ compassione.

¶De primo Math.viij.dicitur vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos filius autē hominis ⁊c. vnde Anselmus in quadā epistola.christus ita pauper fuit vt veniens in mundum nō in sua: sed in aliena domo nasceretur.natus propter inopiam loci in presepio brutorum animalium poneretur.viuens in mundo non haberet vbi caput suum reclinaret nec moriens vnde nuditatē suam tegeret nec mortuus vbi inuolueretur nec locum aut sepulchrum vbi collocaretur.de secūdo ad hebreos.xij. Recogitate eum qui talem aduersus semetipsum sustinuit a peccatoribus contradictionem.vnde Augustinus libro de pastoribus ab omnibus temptationibus te eruet dominus: si ab illo non recesserit cor tuum:nam ad confirmandum cor tuum venit ille pati:venit ille mori:venit sputis illudi:vēit spinis coronari:venit opprobria sufferre:vēit postremo ligno configi omnia illa pro te sustinuit tu nihil pro illo.de.iij. Mathei.ix. Eūtes dicite quid est misericordiam volo ⁊ non sacrificium.Non enim veni vocare iustos:sed peccatores. Et ambrosius libro de virginitate.Omnia christus est nobis.si vulnus curare desideras medicus est. Si febrib⁹ estuas fons ē. Si grauaris iniquitate iusticia est.Si auxilio indiges fortis est.Si mortē times vita est. Si celum desideras via est. Si tenebras fugis lux est. Si cibuz queris alimentum est. Gustate ⁊ videte q̄ suauis est dominus: vere misericordiam ac pietatem tunc ostendit:cum videns tantam miseriam surdi ⁊ muti pre compassione ingemuit.sequimini ergo vestigia eius:⁊ attendite ad abraham patrem vestrum. Attendere nihilominus debemus ad cauernam lacus inferni scilicet damnationem a qua per eius misericordiam ⁊ preseruationem precisi ⁊ liberati sumus.Non eñi ex operib⁹ iusticie que fecimus nos:sed ꝫm misericordiam suam saluos nos fecit.Nos enim elegit ante mūdi cōstitutionem vt essem⁹ sancti ⁊ immaculati ⁊ in cōspectu ei⁹.ad ephe. i.ca.de illo dicit̄ Isa.xi. dicitur delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis cū cauerna reguli:qui ablactatus fuerit manum mittet. Aspis iste ⁊ regulus dyabolū significāt qui est serpēs antiquus cui⁹ foramen ⁊ cauernam christus scrutatus est:ab infantia vsq₃ ad passionez q: ad hoc venit in mundum vt eius opera destrueret ⁊ nos

de manibus eius liberaret. In cuius signū demonium appulit ab isto effecto surdo et muto per ipm demoniū. quid tunc ꝛ nobis si pro q: sumus surdi ꝛ muti optare intēse debemus iuxta qd̄ notat thema. Suspiciens in celū ingenuit ꝛc.

¶ Pro fundamēto mouetur qstio qm̄ allegorice mutus iste ꝛ surdus genus humanū significāt: moraliter vero quēlibet peccatorē curatum per xpi meritū iuste queritur vtrum christus influat hominibus gratiam cuius virtute a demonio seu a peccato liberentur. Respondet Alexan. in. iij. parte questione de gratia. Quod xpus inquantum homo influit gratiam viatoribus tribus modis.

¶ Primo per modū capitis. sicut em̄ capitis ad membrū vel membra est quidā generalis amor. vnde ꝛ spiritus aiales hoc naturali amore decurrūt de capite ad membra: sic christi ab esse anime eius est amor ad nos: ꝛc desiderium vt eius pticipemus spm̄ sanctum. s. qui plenissime in ea requieuit. Ipse autē spiritussanctus in ea explet desideriū qd̄ habet erga nos: ꝛ hec est influentia gratie a christo capite in corpus ecclesie. vnde. Sicut spiritus hominis mediante capite ad membra descendit viuificāda: sic spiritussanctus per xpm venit ad christianos cuius plenitudo quedam est in capite: participatio vero in membris.

¶ Secūdo christus inquātum homo influit gratiā viatoribus per modum meriti: q: ipse est qui nobis meruit gratiā per quam remitterentur nobis peccata ꝛ gratiā per quā cognosceremus ꝛ diligeremus deū ꝛc. ad Ro. v. Sicut em̄ per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt mlti: ita per vnius obedientiā iusti constituētur mlti. Tertio modo per modū exemplaris. sicut em̄ exemplum adducitur de exemplari: ita in christo homine est exemplar ꝓpositum gratie: cui debemus nos coaptare ꝛ conformare. vnde ipse est liber vite iuxta quē debent scribi libri nostri. i. conscientie nostre. i. Corin. xv. Sicut portamus ymaginem hominis terreni: ita portemus ymaginem celestis hoc est in xpo. Sed ipse saluator gemuit super surdum ꝛ mutū curandū multomagis nos gemere debemus vt nos curare digneť. ꝛ dicat nobis effeta ꝛc. Propterea miretur nullus si plures damnētur dicitur em̄. C. quib⁹ causis infamia irrogatur. l. fidem rumpens societatis cum infamie periculo suo nomine ꝓ socio conuentus ad faciendū satis vigetur. Scribitur quoq3 de reg. iu. li. vi. dānum quo quis culpa sentit sibi d3 non alteri imputare ꝛc. Audiant hoc vniuersi peccatis dediti. spoponderunt in baptismo abrenunciare dyabolo ꝛ pompis eius. spoponderunt in confessiōe omnino nō redire ad iniquitates suas. aliena restituere. societates malas vitare occasiōes peccati fugere. quia qui vult plene satisfacere necesse habet occasiones propinquas excidere: vt est cena splendida cum ꝑsonis suspectis: q: tales sunt in nostra potestate. Remote autē non vt est inuitatio ad bonā cenam honestam: vt dicit beatus Bonauentura. li. iiij. distintio. xlv. vrgebuntur: certe penam soluere eternam: scil3 cū infamie periculo. q: fidem nō seruauerunt socio: scilicet christo. Quid dicit Math. vltimo. ecce ego vobiscum sum vsq3 ad ꝯsummationem seculi omnibus diebus. Sed ꝓ cor cui imputari debet certe sibiipsis peccatores imputant: non deo ꝙ ne eis contingat animam suam surdam ꝛ mutam deo adducant: vt compatiatur eis. Sicut ꝛ fecit in euangelio hodierno de quo Jere. dic. Suspiciens in celum ingenuit.

¶ In isto sermone erunt due partes. Prima est de anime peccatricis graui infirmatione.

Secunda de eiusdem anime desideranda curatione.

¶ Quo ad primam notatur grauitas huius infirmitatis i eo ꝙ saluator ingenuit. graue vtiq3 debet iudicari: quod gaudium angelorum prouocat ad gemitum specialiter autem ꝙ homo ipse surdus erat ꝛ mutus. Surditas proprie dicitur spiritualis circa auditū verbi dei: mutitas vero est circa confessionē proprij peccati. Prima causa surditatis corporalis est ex improportione soni ad organū auditus. Sicut contingit illis qui ex immoderato tonitruo absurdescunt. Et sicut cōtingit fabris facientibus

caldarias qui ex sono maleox multū obsur descunt. Sic surditas spiritualis causat sepe in pluribus ex disproportiōe verbi diui ni ad intellectū. vn̄ Job. vi. Cum diceret de us nisi manducaueritis carnē filij hoīs: et biberitis eius sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Multi nō valentes intelligere a bierunt retrorsum dicētes durus est h̄ ser mo ꝛ qui pōt eum audire. sic vsqꝫ hodie plu res errant circa multas materias ꝛ de tri nitate ꝛ de sacramēto altaris. Sed discant tales ꝙ vespertilio ꝛ noctua lumen solis vi dere nequeant: nihilominus sol est maxie visibilitatis inter oīa corpora. Sic vtiqꝫ ea que sunt fidei sunt verissima: lꝫ mentes du re non capiant: q̄ tamen capere possunt si verissima fide viuerent. Et dicit Beat⁹ Bo naue. di. xix. iiij. q. penul. Qd̄ licet sacramē to altaris aut de articulis fidei aliqn̄ dis putemus: nō tn̄ est ad grauandū fidem: sed ad nutriendā ne propt ignorantiā aliqs cō cedat aliqd repugnās fidei vel neget conse quens ad fidē: ꝛ hoc vtilissimū ꝛ necessa rium est. vnde disputamus nō vt melius credamus: sed vt fidē illibatam seruemus dum ipa cognita errores caueamus ꝛ cauē do in veritate psistamus. ¶ Scđo causatur surditas ex vētositate inclusa in tympano capitis vel cōcauitate auris iuxta quā su mitur. ij. Scđa surditas spūalis. Causa hec ē curiositas mētis: que nihil aliud est nisi vē tositas quedaꝫ. propterea tales nō possunt audire nisi mirabilia ꝛ noua sicut ariopagi te. ij. Thimo. iiij. Erit em̄ tp̄s cū sanā doctri nam nō sustinebunt: sꝫ ad sua desideria coa ceruabunt sibi magistr... ¶ Tertio cau satur surditas corpalis ex obduratione au ris p oppressionē alicuius extrīseci sicut in aspide q̄ vnam aurem cauda ꝛ alterā terra obturat: vt nō audiat incantatorē ꝛ hoc fit spūaliter p immissionē auaritie in cor p̄s. lviij. Sicut aspidis surde ꝛ obturātis aures suas que nō exaudiet vocē incantātiū ꝛ ve nefici incantatis sapienter. Mundani em̄ cupiditatibus inseruiētes spūalia audire nequeunt. xliiij. di. ca. bonox. Et est Grego. bonox auctori aliter inherere nō valemus nisi cupiditatē a nobis q̄ radix est oīm ma lorum abscindamus. ¶ Quarta causa sur ditatis corporalis est fluxus humox impe dientium viam virtutis auditiue poten tie. Iuxta qd̄ nota ꝙ causa surditatis spūa lis est fluxus scꝫ carnalis voluptatis. Eccl. xxi. Audiet luxuriosus ꝛ displicebit ꝛ proij ciet illud post dorsum suū. Omnibus bisvi delicet bestialibus curiosis auaris ꝛ luxu riosis dr̄. Isa. xlij. Surdi audite: ꝛ ceci intue mini ad videndū. seqtur. quis cecus nisi s̄ uus: ꝛ quis surdus nisi populus meus: ad quē misi seruos meos. Et Job. xxix. dicitur. Seruū meū vocaui ꝛ nō respondit mihi. ꝛ Jere. vi. Ecce cōstitui super vos speculatores ꝛ dixi. audite vocem tube ꝛ dixerūt nō au diemus. Vn̄ sꝛ q̄ vt dr̄ Jere. v. Indurauerūt facies suas supra petrā ꝛ noluerūt reuerti Quod vero periculū sit legē dei nō audire monita dei spnere: diuinas inspirationes extinguere: ac de consciētia de dei offensa ꝛ salute ꝓpria nō cogitare notatur. Prouer. xxi. Ubi dicitur. Qui obturat aurē suam ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. Et i. q. i. Interrogo. nō minus reus erit q̄ ver bum dei negligenter audierit ꝙ ille q̄ cor pus xp̄i sua negligētia cadere pmiserit. Si gnum em̄ mortis est cibum nō capere: aut captum non retinere. Sic vtiqꝫ morti spi rituali vicini sunt q̄ de salute sua verbum audire nolunt: vel auditū facere renuūt. Unde Grego. in homel. xviij. Eternū mortis iudicium estimate fratres si verbū vite au dientes in vētre memorie nō retinetis. Et xliij. di. dispensatio dicitur. Sicut non leue discrimen incūbit pontificibus siluisse qd̄ congruit: ita his: qd̄ absit: non mediocre pe riculum est: qui cū deberent parere despici unt. Eya filij hoīm vsquequo graui corde: vt qui diligitis vanitatē ꝛ queritis mēda ciuꝫ. Attendite saluatorē vestrum sup vos corde ꝓfundo in gemitu ꝛ planctu stanteꝫ nunc. Audite hec excōmunicati siue sentē tia excōmunicationis siue hominis q̄ ma trimonia in gradibus prohibitis consan guinitatis ꝛ affinitatis cōtraxistis: qui ex cōmunicati estis per clementinā. ca. eos de consanguinitate ꝛ affinitate. Qui officiuꝫ iudicis eccl'ia. ordinarij vel delegati impedi uistis: qui similiter estis excōmunicati per decretalem de immunitate ecclesie libr. vi. Item qui pingagia vel pedagia exigitis a personis eccl'ia. in rebus quas pro sua ne

cessitate non causa negociatiõis deferri faciunt: q2 similiter excõicati e stis libro. vi. de censibus exac. τ procura. ca. quãq3. Audite oẽs alij qui pro furtis permittitis vos excõmunicari. Nihil est inqt Aug. qd tm timere debeat christianus q3 separari a corpe xpi Qui eñ non est de corpe christi nõ vegetat xpi spiritu. Aperite aures oẽs vsurarij lubricii: lusores inuidi τc. Audite xpm in gemitu dicentẽ epheta qd est adapire. Iuxta thema. Suspiciẽs τc.

¶ Quo ad secundu3 principale videndum est de curatione huius surdi. circa quod notatur tria.

Primo locus.

Secundo ordo.

Tertio modus.

¶ Circa locum ponuntur hec. s. tyrus: sydõ mare galilee: τ medij fines decapoleos. In quibus spũaliter notant requisita ad iustificationẽ impij. In tyro notatur angustia seu dolor de peccato: qui interpretatur angustia. In sydone cogitatio peccatorũ τ circunstantiarũ. In mari galilee peccati derelictio. galilea interpretat transmigratio. Hec si assint pctõri sanabitur. de. i. Baruch iij. Anima in angustia est spiritus anxius: clamat ad te. Audi dñe τc. Et Isa. xxi. Repleti sunt lumbi mei dolore angustia possedit me sicut dolor parturiẽs. De secũdo ps. Quoniã iniquitatem meã annũciabo τ cogitabo pro pctõ meo. De tertio Iohã. v. Uade τ noli amplius peccare ne deterius tibi contigat. Medij autẽ fines decapoleos obseruantiam diuinorũ decem preceptorum. exprimunt ordo notatur cũ dicitur adducunt ei surdum: intellectus sc3 τ voluntas qui debent animam ad deum adducere: hi sunt duo discipuli qui debẽt asinã adducere ad christum. Hi sunt duo discipuli q̃ animal brutu3 soluere habẽt. Math. xxi. Modus vero curationis infertur cũ dicit. Apprehendit eum seorsum τ misit digitos in auriculas eius. Separatio a turbã significat separationẽ malarum societatũ. Apoc. xviij. Exite de domo babylonis τ estote quasi hedi ante gregẽ: quia cito capienda est τ destruẽda. Missio autẽ digitorum infusio est donorum. ss. Spiritus eñ sanctus dicitur digitus in hymno. Tu septiformis munere dextre tu dei digitus τc. Sicut eñ digitus procedit a brachio τ manu: sic. ss. a patre τ filio. Primus digitus seu primum donum requisitũ habet modum pollicis. τ dicitur donum timoris dñi. De quo Prouer. i. τ. ix. Principium sapiẽtie timor dñi. Et alibi Eccle. xv. Qui timet deũ faciet bona. Hic digitus est de quo dixerũt magi pharaoni. Digitus dei est hic. Exo. viij. In veritate ait Bernar. super cantica: nil ita efficax didici ad gratiã dei: inueniendã3 q3 si inueniaris omni tẽpore non altum sapere sed timere. Et vnde q̃ro sic aure surda pertrãseunt in peccatis viuentes xpiani. Ita vt ide3 Bernar. super can. dicit. Nunc ipsi xpiani persequũtur qui ab eo xpiani dicuntur. Amici tui deus τ proximi tui aduersum te appropiquauerunt τ steterunt. Coniurasse videtur contra vniuersitas populi a minimo vsq3 ad maximũ. Unde hec inqt nisi q2 timorẽ domini abiecerunt in omi etate: in oi statu: in omni actu: in vtroq3 sexu: ita vt nunc verissimũ sit non est timor dei ante oculos eorũ. Qui autem timet deũ nihil negligit. Eccl. vij. Secundus digitus tenet locũ indicis: videlicet donũ scientie vel prudentie q̃ docet bene conuersari in medio nationis praue atq3 puerse. docet q3 viã salutis: τ q̃d agẽdũ τ q̃d declinãdũ. Hoc digito scripte fuerũt tabule lapidee Moysi. Exo. xxxi. Dedit dominus lapideas tabulas scriptas digito dei De carentibus hac scia dr. Nescierunt neq3 intellexerunt in tenebris ambulant. Tertius digitus seu donũ tenet locu3 digiti medij qui est amor. τ iste est charitas. i. Corin. xiij. Nunc autem manent spes fides τ charitas. maior aũt horu3 est charitas. De hoc digito Luce. xi. Si in digito dei eijcio demonia profecto venit in vos regnum dei. De carentia vero huius dicitur. i. Corinth. xiij. Si charitatem non habuero nihil su3. Si nempe voluptatibus dediti deum sup omnia ex charitate diligerent ineternum corda obdurata non tenerent. Quartus tenet locum vel typum quarti digiti qui dicitur medicus. Hoc digito sanatur manus vel digitus qui sanat vulnera τ infirmitates miserorum. De hoc digito potest dici illud Iohan. xx. Infer digitum tuũ huc τ vide manus meas. miseri sunt membra saluatoris

recto tendat in deū et actu reflexo in primū opus quod respectu dei et proximi sit vnus et idē habitus. Miretur nullus si plures dānent. licet enim videatur obstinatis pctōribus se ingratos minime fore vtpote cum sint xpiani cum ad ecclesiā vadant cū missam audiant ac elemosynas aliquas faciant ac per consequens in pristinā seruitutē vt dicebatur in precedenti sermone nō sint redigendi. Audiant tū quid dicatur extra de donationibus ca. propter ingratitudinē illius psone in quā libertas collata est psona datoris donationē reuocare potest: vt si forte impias manus iniecerit in eū vel atroces iniurias ei intulerit vel graue rerū suarū dānum fecerit. idē habetur. C. de reuocandis donationibus. l. vlti. Attendant hic dānati christicole primo se et alios ad peccatū verbo signo et exemplo prouocantes si graue rerum stipendium deo faciant animas perdentes tanto precio redemptas. Considerent secūdo blasphemi: si blasphemādo de atroces iniurias irrogāt. perpendant tertio pauperum oppressores si impias manus in saluatorem suū iniiciant. hoc mouebat attendi qui dicebat. i. Pe. i. Scientes quod redēpti estis de vana vestra cōuersatione paterne traditionis non auro vel argento corruptibilibus sed xpi sanguine precioso quasi agni incōtaminati. de secūdo ait ysa. lij. Iugiter tota die nomē meū blasphematur. de tertio. Supra dorsum meū etc. O duri filij adam attendite saluatorē per Bern. dicētē. Nūquid satis afflictus sum: nūquid pro me: nō certe: qui pctm̄ non feci: sed propter scelus populi mei etc. vt quid ergo afflicto das afflictionem: plus me grauant vulnera peccati tui: quam vulnera corporis mei. Eya peccatores redite et iuxta verbum premissum. diliges dnm̄ etc.

¶ In isto sermone erūt due partes.
Prima qualiter dei dilectio sit elicienda.
Secunda per quid eadem dilectio sit impedita.

¶ Quantū ad primā dicendum quod hec dilectio debet elici obedienter. deus sic debet diligi vt sibi obediatur. Ioh. xiiij. Si quis diligit me sermonē meū seruabit. vbi ait Greg. Probatio dilectionis exibitio est operis. hic primo licet querere an dei mandata sine gratia vel charitate valeant impleri maxime cōmendato rū obseruantur perducat ad vitā sempiternā. Math. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Quo contra tamen posset arguī: quia qui non seruat mandata mortaliter peccat: et sic cū nullus sciat se habere gratiam: et obseruatio exigat charitatē nullus erit certus si mortale pctm̄ euitet. Ad hoc respōdet seraphicus doctor sanctus Bonauētura et etiā Richardus di. xxviij. ij. quod obseruatio mandatorum potest considerari dupliciter Unomodo quantum ad substantiā. aliomodo meritorie et ad euitandū nouū peccatū mortale: et sic liberū arbitriū ratione vtens gratia gratis data sibi assistente mandata potest iplere. Aliomō meritorie et pro obtinenda salute: et sic liberū arbitriū nequit mādata implere sine gratia et charitate: quia nulla operatio potest placere deo nec esse retributione digna nisi primo operans deo sit acceptus. debet ergo deus obedienter diligi vt vero si homo sit sine pctō propter dei amorem peccatū nitatur deserere et mandata obseruare: vt de congruo saltem gratiā mereatur Si vero sit iam in gratia nō sufficit quod quis dicat se habere bonā voluntatē si operandi assit facultas. de dilectione ergo conditoris interrogetur mens lingua et conditio operis. Sed si corde diligat et opere propter deum perficiat et in gratia sit meretur de congruo et de cōdigno. Deut. xv. Si audieris vocē dn̄i dei tui et custodieris vniuersa que iussit et que ego hodie precipio tibi benedicet tibi vt pollicitus est. Audi ergo Prouerbio. i. fili mi disciplinā patris tui: et ne obliuiscaris legem matris tue: vt addatur gratia capiti tuo et torques collo tuo. hic amor obedientie debet esse tantus: quod nec amore nec timore retrahatur homo ab obseruantia mandatorum dei Qui enim amat patrē aut matrem plusquam me non est me dignus. Math. x. et Luc. xiiij. Si quis venit ad me et nō odit patrem suum et matrē imo etiam et animā suam. i. vitā animalē non potest meus esse discipulus. Pro nullo enim dāno seu timore debet fieri peccatum mortale. de his habetur extra de his que vi metusue causa fiunt. ca. sacris. Sed nunc quis est qui sic deum diligat. Sic ait greg. interrogatur aliquis an deum diligat Respondet protinus diligo. Sed ait idem vere diligimus si mādata eius custodimus.

Qui enim dicit se nosse deum: et mādata ei9 non custodit mendax est.i.Johan.ij. Queratur nunc in quolibet statu etate conditione et sexu. Quis est qui diuina mandata custodiat. Respondet ysa.i.c. Ue genti peccatrici semini nequā filijs sceleratis dereliquerunt dominū et abalienati sunt retrorsuz. Testes sunt omniū qualitatum homines in crimi nationibus sortilegijs ac inspectionib9 manuū et sompniorū necnon documentis artium magicarū dediti si deo obediant an passim ac continue concurrentes: ac de re illicita iurantes et humanitatē saluatoris nostri paruipendētes: et si in deo obtemperāt indifferenter odia mortalia seruantes matrimonio abutentes vel matrimonium indebite contrahentes: votaqz castitatis et ordiuz sacrorum frangentes deum diligant Certe tales deum si fateantur ore: factis tamen negant. propterea dicitur ysa.xxx. Ue vobis filij desertores supple legis diuine dicit dominus vt faceretis consilium et non ex me et ordiremini telam scilicet vite vestre et non per spiritum meum vt adderetis peccatum super peccatum qui ambulatis vt descendatis scilicet in infernū. Prouerbiorū.ij. Relinquunt iter rectum et ambulant per vias tenebrosas. O pctōres deo obedite quoniam exilis esset amor subditi ad prelatuz si in nullo suum seruaret preceptū. ¶ Quarto debet diligi appreciabiliter. ponitur hic modus diligendi deum a sco.di.xxvij.iij. Et hoc taz intensiue q̄ extensiue: hoc est q̄ animus diligentis debet potius omnia velle non esse q̄ deum: et omnia perdere q̄ ipsuz et vt firmius feruētius et tentius actu elicito voluntatis deo inhereat q̄ cuicunqz rei. Sic inherebat qui dicebat. Inueni quez diligit anima mea: tenui eum nec dimittam. Canti.iij. sic Apostolus ad Philip.iij. Omnia detrimenta feci et arbitratus sum vt stercora vt christum lucrifaciam. Sic fecit et beatus franciscus. hic exclama cōtra auaros ydolorum seruitores quibus per fas et nefas sufficit bona temporalia congregare Contra ambitiosos per symoniam et pacta illicita cupientes beneficia possidere: cōtra luxuriosos et gulosos quorum deus venter est: quibus christus om[illegible]bus in medio exprobrabit vt Crisosto. super matheuz. Ego propter vos delusus sum: flagellatus sum: crucifixus sum. Ego dilexi vos super omnē creaturam et vos plus omnia alia q̄ me dilexistis. O peccatores damnati hoc est damnatione digni ad deum redite. O homo deum dilige: quia hoc est maximus mandatum etc.

¶ Quo ad secundam partem videnduz est de secundo impedimēto diuine dilectionis quod ponitur scilicet affectus īduratio. Et sequitur ad primuz quod est mentis excecatio. Quemadmodum enim ignis a carbonibus assatis humorem extrahit et carnez duram inficit. Sic inuolutio temporalium et mundialium mentem excecat ac deuotionem: et compunctionem tollit: ac demū mētem duram efficit. Nouerat autem hoc qui dicebat. Percussus sum vt fenum aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meuz: qui scilicet de celo descendit. Animalis enim homo non sapit ea que dei sunt.i. Corinth.ij. et Jacobi.iij. Non est ista sapientia de sursū descendens sed terrena animalis et diabolica qua cum quis fuerit anim9 imbutus eius induratur: de deo non curat: de anima non cogitat: et finem vltimuz nō perpendit nec ponderat id est iudiciuz eternuz non formidat. vt verificetur illud quod Prouerbiorum.xviij. scribitur. Impius cuz in profundum venerit contempnit et sequitur eum ignominia. Talis certe potest dicere illud ps. Infixus sum in limo profundi et non est substantia: quoniaz videlicet de peccato in peccatum ruit. Nota autem fm Bonauen.xl. distin.i. Quod cor induratum metaphorica est locutio. dr enim durū in materialibus quod

Difficile suscipit.

Alteri resistit.

Et quod in se compactum consistit. sic vtiqz peccato induratus qui gratiam spiritus sancti nō recipit: qui diuine miserationi resistit: ac proprie complacentie et voluntati intendit: cor tale duruz male habebit in nouissimo. Ecclesiastes.iij. Cor autem durum inquit Bernardus de consideratione ad eugenium: est vt in breui tibi comprehendam et complectar quod nec deum amat

nec homines reueretur. O pauperculi mun
dani. O miseri peccatores. O infelices hui⁹
seculi cultores ad deū redite. dudū ꝓmisit ꝑ
Eze.xi. ꝙ daret aquā mūdam cōpunctionis
scꝫ ⁊ gratie ⁊ ꝙ auferret a vobis cor lapide-
um ⁊ durū ⁊ daret cor molle ⁊ carneū. vtinā
sanguis ille passionis xp̄i qui petras scindi
fecit nostra corda scindi faciat vt deum dili
gam⁹. iuxta responsuꝫ legisꝑito. diliges dñꝫ
deum tuuꝫ ex toto corde tuo ⁊c. Quia radix
oīm maloruꝫ est cupiditas. i. Thi.vi. ⁊ radix
oīm bonorū est charitas: ⁊ simul ambe esse
nō possunt nisi vna penitus euulsa fuerit a
lia plantari nō potest. Sine causa conatur
aliquis incidere ramos si radicē nō conten
dit euellere.

¶ Dñica.xviij.post penthe. Sermo.xxxiiij.



Surge et am-
bula. Math.ix. ⁊ in euan-
gelio hodierno. Audite vo
ceꝫ meā: ⁊ facite oīa q̄ ego
precipio vobis: ⁊ eritis mi
hi in populū ⁊ ego ero vobis in deū. Hiere.
vij. Spiritussancti ad omnes de salute sua
sollicitos verba sunt ista: in quibus duo no
tantur.
Primū est meritoria actio.
Scđm est gloriosa premiatio.
¶ Pro p̄mo nota ꝙ meritū ƀm Sco.di.xviij
iij. est actus elicitus ab aliquo a deo accept⁹
ꝓ quo ab acceptante debetur aliquid opāti
vel illi pro quo opatur. Nihil aūt pōt a deo
acceptari nisi fiat ƀm eius voluntatē. faciē-
do aūt illud qđ domin⁹ precipit homo non
potest deficere. ysa.xlvi. Ego dñs deus tuus
docens te vtilia: vtinā atendisses mādata
mea audiendo scꝫ ⁊ faciendo. vnū eñi sine al
tero nō sufficeret quia non auditores legis
tantū iustificabūtur sed factores. Roma.ij.
Audiendo vero ⁊ faciēdo que dñs p̄cipit hō
est ei acceptus. ysa.i. Si me audieritis ⁊ pre
cepta mea seruaueritis bona terre comede-
tis. hodie ergo si vocē eius audieritis nolite
obdurare corda vestra. Et hoc notat p̄muꝫ
verbū subsūptum. Audite vocē ⁊c. Pro secū
do ne miseri homīes vanū putent dei prece
pta seruare additur de seruantibus, eritis
mihi in populū ⁊c. hoc eñi magnū esse testa
tur moyses. Deut.xxxiij. Beatus es tu israel
quis similis tui in populis qui elegit te dñs
deus tuus: vt sis ei populus peculiaris. ꝙ si
tantā dignitatē reputabat illi populo a gē
tilitate sepato legislator dotato māna enu
trito terrā materialē ꝓmissionis habenti
in ꝓmisso q̄ queso dignitas est xp̄ianis esse
populū xp̄ianū ab oī alia natione separatū
Sacri euāgelij ore benedicto filij dei ꝓlati
eruditū. Preciosissimo corꝑe ⁊ sacratissimo
sanguine iesu xp̄i educatū. Regnū celoꝝ ac
societatē āgeloꝝ hñs in ꝓmissuꝫ. hāc digni-
tatē beatus petr⁹ ingerēs xp̄ianis dicebat.
i. Pe.ij. Uos estis genus electū regale sacer
dotium gens sancta populus acq̄sitionis vt
virtutes annūcietis eius q̄ vos vocauit de tene
bris in admirabile lumen suū. Sed ꝓth dolor
cōquerens dñs de pluribus q̄ vocē eius
audire nolunt. ait ysa.lxvj. pro eo ꝙ vocaui
⁊ non respōdistis bono scilicet consentiem
do locutus sum: ⁊ nō me audistis obedien-
do ⁊ faciebatis malū in oculis meis: ⁊ que
nolui elegistis ⁊ ꝓpter hec dicit dñs. Ecce s
ui mei comedent ⁊ vos esurietis: letabūtur
⁊ vos confundemini. Eya miser peccator ne
tibi sic cōtingat. Surge ⁊ ambula. Si igno
ras quā viaꝫ debeas sequi: iter crucis appre
hendas ⁊ nō differas.
¶ Pro fundamēto mouet questio. An in oī
actu nostro debeamus semꝑ ambulare hoc
est querere vtruꝫ omnis actus deliberatus
ab homine elicitus debeat semper in deum
referri alioquin fiet ei demeritorius. Respō
det sanctus Bonauentu. similiter sco.iiij.di.
ij. Quod non omnis actus deliberate fact⁹
est bonus vel malus moraliter. Sed est da-
re actum medium qui nec est bonus nec est
malus moraliter saltem in specie: licet aliđ
sit in esse indiuiduali. Ad cuius euidentiaꝫ
dicit Sco. ⁊ Bona. ꝙ actum in deum refer-
ri potest tripliciter intelligi. Primo actuali
ter quando quis actu de deo cogitat ⁊ vult
⁊ hoc non oportet. essemus eñi obligati ad i
possibile. Secūdo virtualiter cum quis pro-
pter finē precogitatū vult aliquid lꝫ actu đ
deo nō cogiter. vult Bonauē. quando in pri-
cipio alicuius oper[is] proponit totum face-
re propter deum habitualiter facit: quia vi
delicet fit ab habitu charitatis licet de deo

non cogitet actu: et ad hoc obligamur vt scz habeamus habitu charitatis quo referre possimus ad deu actus nostros. Et per oppositu aliquid pot dici no referri in deu tribus modis: videlicet,
Contrarie.
Priuatiue.
Et negatiue.
¶ Duo pmi modi referendi in fine sunt boni moraliter et in habente charitatem sunt meritorij. Tertius aute modus referendi et non referendi est indifferens: sicut comedere bibere etc. et quia dicit Bern. in via dei no pgredi regredi est. dicit Bonauentura q habet intelligi: qn homo tenetur pgredi si no pgreditur. Surge ergo et ambula qm est locus et tempus. Miretur nullus si ples dānentur. Allegabunt forte aliqui q iuuent9 est difficilis ad regendu: nec deus est ita rigorosus: et maxime q2 sensualitas retardat a bono et inclinat ad malu: et sic deus miserebitur. sed audiant sic loquetes quid scribitur de dolo. et contu. c. Cum dilecti. vbi notatur casus de citato cora iudice siue pontifice rationabiliter no comparente nec pcuratorem sufficiente mittente: allegate p sua excusatione calores estiuos q tanq contumax condenatur. Scribitur quoqz. ff. ad legem aquileia. l. si serenus. §. si focarius. Si ille qui fornace calefacit obdormiendo villa incedit ego de iniuria teneor si fui negligens in eligendo ministros. Moralit e sensualitas q fornace calefaciendo videlicz carne aliqn tota villa scz aie et pscientie icendit quare, ratio q debuit cohibere et no cohibuit tenet. Nam igit ratio sup iuuentute qratur sed sup mudanitatez aut similia: q2 hec oia no sut nisi excusatio in pctis. A qua ps. qrebat liberari dices. Non declinet cor meu in verba malicie ad excusatioes in pctis. dr em Gen. iiij. Subter te erit appetitus tuus et dnaberis eius. Omni g excusatoe omissa cuilibet pctori habeti terrore pscientie, imo bilitate in bono et insensibilitate dr, surge et ambula. vbi duo notantur.
Primu est pcti derelictio.
Secudu e actuu virtuosor9 psecutio.
¶ De prio. ad Ephe. v. Surge q dormis exurge a mortuis et illuminabit te xps. surge in q veracit sine fictione: viuaciter sine trepidatione: velociter sine retardatioe. Circa qd notandu q surgere debem9 ad tria.
Ad examinandu ppria psciam,
Ad agendu pfecta pniam.
Ad implorandu diuina miam.
¶ De pmo nunc agendo dicit. ad Rom. xiij. Hora em est iam nos de somno surgere. Ca. tii. iij. Surgaz et circuibo ciuitate. De qua ciuitate dr in ps. Uidi iniquitate et contradictione in ciuitate. Cu tamen deberet ee sactificata vt xps habitaret in ea. Juxta illd Ecclesi. xxiiij. In ciuitate sanctificata similiter requieui. et Apoca. xxi. Ostendit mihi angelus dni ciuitate sancta hierusale descendente de celo habete claritate dei. Surgat ergo quilibet et ppria vita discutiat. Surge ergo. Cur iaces pronus in terra. Jacet eniz qui solu de terrenis considerat. Modus autem discutiendi pscientia notatur. Cati. vij vbi dr. Mane surgamus ad vineas. i. cosciētias discutiedas: videamus si vinea nostra floruit et si flores fructus parturierint. Noie em vinee cosciētia interptatur: que si boa fuerit facit fructu optimuz. Si mala ad nihilu valet nisi vt coburatur sicut lignu vitis Eze. xv. Filij homis quid fiet de ligno vitis etc. Mane ergo debem9 surgere ad discutiēdam ppria cosciētia si facit fructu bonuz. qm arbor bona bonos fructus facit: mala vero fructus malos. Math. vij. Uidere ergo debemus si vinea floruit. flores aut sunt sacri et boni coceptus cora deo redolentes ac sancta pposita. Unde saluator coceptus est in nazareth q interptatur floridus. q2 initiuz salutis aie consistit in bono pposito. Paruz est aut q arbor conscientie floreat. Adest q bonu facere pponeret nisi effectui mandet. pterea videndu si flores fructus pturierit idest de sanctis ppositis venerit bone operationes. Ad inueniendu aut quales operationes qs fecerit pmo attendere et discutere oez etates suas. scdo ioca et loca in quibus conuersatus fuit. Tertio occupatoes quib9 vacauit. Quarto pcta quib9 deditus fuit: quibus diligenter discussis materia plorandi inueniet. De sceleratis em pctoribus applicat et deditis ludis luxurijs blasphemijs vsuris fraudibus ac periurijs merito potest dici illud. Luce. xiij. Ecce tres anni sunt ex quo venio querens fructu et no inuenio. Tres ani.

sunt tres etates.s.adolescentia iuuentus et senectus:in quibus vniuersi peccatores nec florent nec fructificant. Ideo sequitur.scindite illam vt quid terrā occupat. O indurati filij adam.hic clamate quid in articulo mortis dicere poteritis? Verebar:ait Job.ix.oīa opera mea sciens q nō parceres delinquenti. Et si ille cuius cōscientia nō reprehendebat cor suum in tota vita sua verebatur sup oībus operibus suis:quid facere ds qui nun q aut vix aliquid boni fecit. Morti beatissimi martini assistens diabolus querens rapere aīam eius ita vt clamaret sanctus.qd hic stas cruenta bestia? Etiam morti beati berñ.nitens eum ducere in desperationē interrogando si p tam paruis bonis per eum factis tam arduū bonū sicut est gloria paradisi speraret. Quid ergo miseris faciet? dānati nēpe hoīes nunc passim tps male implent. Sonant:ait Job.xxi.tympanū et lyrā et gaudent ad sonitū organi.ducūt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendūt Taceo de cōuiuijs et banquetis. Sed qñq venient dies qñ hec ad memoriā reuocabūtur:sed tarde. Sic eñ diabolus:vt ait btūs andreas:egre deludit tandiu mētes et aīos hoim quousq nudi et rei a corporibus exeāt aīe nihil secū preter pctā portantes. Surge ergo:vt dr Jone pmo.vt quid tu sopore deprimeris. Hec discussio die dñica maxime fieri ds et festis in quibus homo debet redire ad conscientiā ppriam attendens quid erit de se post hanc vitam. In figurā huius dr Hiere.xvij. Custodite aīas vestras et nolite portare pondera in die sabbati. Sed potius deponenda sunt illa quibus se oneratū sentiebat ps.qñ dicebat. Quoniā iniquitates mee supergresse sunt caput meū etc. Surge ergo et ambula.

¶ Quo ad secūdum pncipale paruz foret vitam preteritā discutere nisi in futuro et decetero quilibet vellet virtuose viuere et in melius proficere.propterea additur ambula.

Volens autez aliquod iter peragere tria debet facere.

Primo rectā viam inquirere.

Scdo sumptos cōgruos portare.

Tertio iter ceptū cōtinuare.

¶ Sic vtiq charissimi q ad patriā pgim hec tria facere debemus pquirendo aut de via recta:et quis illā nobis monstrabit. dicitur Sap.x.q iustū deducit dñs per vias rectas:et ostendit illi regnū dei. Legitur autē iacob misisse vel ascendisse seu deductū fuisse.in lib.Geñ.xv. Vias seu loca vsquequo fuit positus in sepulchro patruz suoz. Prima via fuit sm qd dicit Geñ.xxvi. de bersabee i aram:qua vocauit luzaz. qñ eñ pater suus ysaac mittebat eū i mesopotamiā. i hac via dormiuit sup lapidē:et ibi vidit scalā erectā et angelos ascendentes et descendētes. Deinde venit:vt dr Geñ.xxix. per viā orientalez et amouit lapidez et adaquauit greges rachel Spūaliter aūt iacob qui supplātator dr est quilibet saluari cupiens: quē dñs deducit per vias rectas:quarum. Prima est arā seu luza. Interptatur eñ aīa excutiens gentē Luza aūt interptatur nux vel amigdalus. hic est timor excutiens conscientiā, ab omi pctō amarus in pncipio sicut cortex nudus ducēs postmodū ad dulcedinē nuclei. Pro pmo dicit Ecclesi.vij. Qui timet deū nec negligit. Pro secūdo. Timor dñi delectat cor et dabit leticiā. Ecclesi.i. In hac via cōquiescet p spem sup lapidē.i.xpm q timoratus iustus de meritis proprijs deficit videbit ibi scalā.i.diuinā iusticiam cui imū tangit terrā dū attendit reproboz dānationē quaz timet incurrere. Supremū vero tāgit celum: gaudia scz beatoz q timet pdere:videt āgelos quosdā ascēdentes et quosdā descendentes:q p suā iusticiā quosdā humiliat ad penā et quosdā exaltat ad gloriam. Hinc iacob euigilans dicit. q terribilis est locus iste. In hac psistētia sibi pmisit dñs q eius custos esset:q timorē dñi in corde hz securus ad alia bona pōt progredi. Eccl.xxxiij. Qui timet deū nō occurret ei mala.et.xxxiij. Qui timet deū nihil trepidabit. Deinde iacob venit p viā orientalē in feruorē videlicet charitatis quādo precedit timor:subsequitur amor. perfecta eñ charitas foras mittit timorez. Ibi amouet lapis duritie: et adaquātur greges in aquis gre: et iacob osculat rachel.q videlicet aīa miseri in dulcedine diuine sapientie delectat. Surgat g quilibet et ambulet vias istas pctm relinquat ppriā psciam discutiendo. Decetero quoq bene operetur:vt p conclusione videndo deū glorificet qui dedit talem potestatē hoībus: quā nobis im

partiri dignetur pius iesus qui sine fine vi uit et regnat. Amen.

¶ Dnica.xviij.post penthe.post prandium. Sermo.xxxv.

Surge et ambula. vbi.s. Attēdite ad petrā vnde excisi estis et ad cauernā laci de qua precisi estis. Attēdite ad abrahā patrē vestrū: et ad sarrā que peperit vos.ysa.li. Ad pctōres miseros vt a pctis re surgant et in virtutibus ambulent verba sūt ista.vbi tria notantur.

Primū xpiane oditionis sublimatio

Secūdum eterne dānationis pseruatio,

Tertiū exemplaritatis demōstratio.

¶ De pmo dicit. Attendite ad petrā rc. Pe tra aūt erat xps.dñi xpiani attendite:quia a xpo dicimini xpiani quare vitam confor mes noi vestro debetis ducere. Dicit eni de sacra vnctione.c.vnico. a xpo xpiani nomē est puritatis charitatis et totius bonitatis Qua fronte ergo ait ibidē hoc nomen tibi arrogas q nec bonū aliquid in te sentis. At tendite ergo dānati xpiani:quia per vos xpi nomē blasphemat inter gētes. Pro scdo dr ad cauernā laci. Collo.i.c. Qui eruit nos de potestate tenebrar et nos trāstulit in regnū dilectionis sue.i.filij sui dilecti. O scelerati hoies attendite ad hanc cauernā exercitus sennacherib centū.lxxxv.milia pp suā blas phemiā in hāc cauernā descenderūt. vt ha bet.iiij.Reg.c.xix.et.xxiij.milia pierunt vna die ab exterminatore vt asserit apls.i.Cor.x. pter suā murmurationē vel fornicationē qs q vos phibet ne illuc descēdat: certe nō ali q ille.de q ad Heb.ix. Introiuit in ipm celū vt appeat vultui dei ad iterpellādum p nobis. Pro tertio dr. Attēdite ad abrahā rc. Quis qso ē abrahā q pr multar gentiū dr et q hec sarra q pricеps interptat nisi ipe xps et virgo maria ei mat purissima. Nos debe mus attēdere spē nram i eis ponēdo exem pluq ab ipsis sumēdo.sm illō.i.Pe.iiij.xpo passo in cruce et vos eadē cogitatōne arma mini.et Jo.xix. Stabat iuxta crucē iesu mat ei. Si em xpi morte attendam: et qta pas sus fuit p pctis nris necnō vitā virtuosam matris sue pijssime pctā relinquam et vias virtutis aggrediamur.quod vt fiat cuilibz peccatori sub typo paralitici dicitur. Sur ge et ambula rc.

¶ Pro fundamento mouet questio quia ser mone pcedenti dictū fuit fore aliquos act indifferētes:q nec boni sunt nec mali.meri to ergo qstio mouet quō implet illud dictū apli.Collo.iij. Oē quodcūq facitis in verbo aut in ope oia in noie dñi nostri facite. Rñ det sanct bonauē.di.xli.ij.q illō dictū apli pōt tripliciт intelligi. Primo distributiue:et sic est cōsiliū optimū: qm omne opus qd nō est de se malū deliberate factū ab hñte cha ritatē et actualit in deū relatum vel vtualit ē meritoriū. Aliomō ly oē pōt sumi collecti ue:et sic ē finis pcepti:q2 oē qd hic agim p pter hūc finē facere debem:vt ad illū statū veniam in q actualr oia referūtur in deum Tertio pōt exponi negatiue vt sit sensus. Oia quecūq facit:et sic est pceptū. Ī eni oē opus deliberate elicitum sit cōforme iudicio rōis vel difforme hoc tñ nō sufficit ad faciē dū opus bonū vel malū moralit. Et dic sco. q.xviij.qtlibetor. Dictat ei ratio q hō dz co medere ad vite sustentationē et ad sustentā dū vitā suā:et vlteri non pcedit nec bñ nec male agit moralr tñ referēdo in deū posset mereri si esset in statu grē. Null miretur si plures dānent.qs miraret si malefactor ali qs funem hñs in collo ligaret in patibulo et malefactor gladiū in manu ppria haberet q libere funē pscindere posset: nihilomin adeo piger foret q sibi manus pmitteret li gari et gladiū auferri. Quis inqt miraret si talis suspēderet et strāgularet: certe null. nec ipse malefactor deberet cōqueri: nisi de sua negligētia et malicia. Dr em de regu.iu. li.vi.dānū quod quis sua culpa sētit sibi ipi et non alteri dz imputari. Dicit etiā.ff.de cō stitutionibus principum.l.seruus: q seruus pōt effici heres si libertatē habeat.quo casu sūmopere dz curare q libertatē habeat:qm si moriat ante adeptionē libertatis heredi tate carebit. Eodē titulo.l.si in testamento Ad vos peccatores indurati fert hoc vbum. Jam em in collo funē habetis.q suspende bimini in patibulo inferni.dicitur Prouer bior.v. Jniquitates sue capiēt impium et fu nibus peccatorū suor quisq constringitur.

gladiũ habetis in manu.i.in libertate vr̃a
est quo funẽ possetis prescindere. Gladius
iste est verbum saluatoris. Ephe.v. Galleaȝ
salutis assumite ⁊ gladiũ spũs qȯ est verbũ
dei. In manu aũt vestra est libertas. Sȝ di
es veniet qñ ligatis manib⁹ ⁊ pedibus ꝓij
ciemini in tenebras exteriores: tũcqȝ liber-
tate carebitis: ⁊ hereditate priuabimini. qs
in hoc culpandus? quis denicqȝ sup hoc ve-
nit arguẽdus? malicia vestra ⁊ negligentia
vr̃a. dãnũ eñi quo quis ⁊c. Ergo ne ĩ tale in-
cõueniens cadamus cuilibȝ nostrũ dicitur.
surge ⁊ ambula.

¶ In isto sermone erũt due partes.
Prima de pctĩ derelictione.
Secunda de actuum virtuosorum prosecu-
tione.

¶ Quo ad primũ viso qũo debemus surge-
re ad discutiendam conscientiã. Restat vi-
dere quõ surgere debemus ad faciendum
perfectam penitentiam ⁊ ad implorandũȝ
diuinam misericordiã. De primo dr̃. Jone. iij
Surgens rex descẽdit de solio abiecit vesti-
mentũ suũ a se ⁊ indutus est sacco ⁊ sedit ĩ
cinere. In his verbis notantur ad pniaȝ ve-
ram requisita.
Primũ ẽ cordis volũtaria hũiliatio.
Scdm est pctĩ cessatio.
Tertiũ est offense satisfactio.
Quartũ est mortis meditatio.

¶ Primũ est ⁊c. ꝓpterea dr̃. descẽdit quo cõ
tra Nabuchodonosor ille superbus stabat
in palatio suo dicens. Nõne hec est babylõ
quã edificaui in fortitudine mea? Dañ. iiij.
ca. Qui ergo vult surgere ad penitendũ pri-
mo corã deo se humiliet cor suũ rebelle ⁊ du
rũ offerẽs diuine seruituti. Oẽ eñi peccatuȝ
mortale a deo auertit ⁊ deũ spernit: imo for
male cuiuslibet pctĩ mortalis: est auersio a
deo seu carentia rectitudinis vel conformi
tatis volũtatis create ad diuinã. verum cor
penitẽs se dirigit sub obedientia ⁊ reueren
tia ad deũ. Sic monebat fieri q̇ dicebat. ysa.
xlvij. ca. Descende sede in puluere filia syon.
Scdm in vera pnia requisitũ est pctĩ cessa-
tio. Jȯ additur abiecit vestimentũ. vestimẽ
tum. i. oẽ pctm̃. de isto dr̃ ysa. ix. ca. Vestimẽ
tũ mixtũ sanguine erit in cõbustionẽ ⁊ cib⁹
ignis. Ab hoc sanguine purgari cupiebat q̇
dicebat. Libera me de sanguinib⁹ deus ⁊c.

Hic nota ꝙ nullus est capax pnie: nisi corde
fixo velit abstinere a pctõ ⁊ pctĩ propinqua
occasione. Venia eñi non daẗ nisi correcto.
de reg. iu. li. vi. Vade ⁊ noli ampli⁹ peccare.
Jo. v. ⁊ viij. Hoc attendant alienũ hñtes ab
annis decẽ ponendo se in tuto ⁊ partẽ suaȝ
in periculo: nõ concedendo pecuniã sȝ mer-
cantiaȝ venalem ꝓ maiori ꝑcio in duplo q̃
valeat: habẽdo insuꝑ alienũ per ꝯfraudes ꝑ
fallacias: ⁊ iniquos alios ꝯtractus. Hoc at
tendant luxurijs dediti q̇ ꝑ menses ⁊ ãnos
suas ineptias exercẽt. hi ⁊ si in paschate cõ-
fiteantur: nõ tamen suũ abijciũt vestimen-
tũ: quia nec ꝓpositũ cauendi hñt: nec occa-
sionẽ fugiũt. De talibus dr̃ Hiere. v. Indura
uerũt facies suas supra petrã: ⁊ noluerũt re
uerti. Hoc vestimento dãnato induti sũt lu
sores lenones maquerelle symoniaci ⁊ alij
pctõres ĩdurati quibus dicit aug. in quodaȝ
sermõe. Noli amare veterẽ tunicã: muta te:
si vis mutari. si non vis mutari habes in ve
tustate dãnari. Tertiũ ad pniam requisituȝ
est offense satisfactio. Necesse est eñi vt pec-
cator q̇ per inordinatã delectationem a deo
discessit per emendã ⁊ satisfactionẽ ad deũ
redeat. Propterea dr̃ quia rex niniue indu-
tus est sacco in signũ amaritudinis ⁊ dolo-
ris. Petrus quoqȝ egressus foras amare fle
uit. Luce. xxij. Et dauid ꝓnus iacebat in ter
rã dicens. Ego sum qui peccaui. Nulli autẽ
durum videatur factum hoc accipere: quia
in presenti seculo vel futuro oportet penaȝ
soluere vsqȝ ad vltimũ quadrãtẽ. propterea
ad Roma. vi. Sicut exhibuistis membra ve
stra seruire iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc
exhibete membra vestra seruire iusticie in
sanctificationẽ. Hic aũt nota ꝙ nulla pnia
valeret satisfacere pro peccatis nostris imo
nec pro minimo mortali: si tamen minimuȝ
dici debeat: nec possemus per quecũqȝ ieiu
nia per quadringẽtos annos continuata:
nisi esset aliud q̃ȝ meritũ nostrum. Dicit eñi
ysa. liij. de xp̃o: ꝙ dñs posuit in eo iniquita-
tes omniũ nostrum. ⁊ i. Pet. ij. Peccata nr̃a
ipse pertulit in corpore suo super lignũ. i. pe
nã. dicit mgr̃ di. xx. tertij nostris peccatis de
bitam. quare dicit sanctus bona. dist. xix. iij.
ꝙ meritũ xp̃i totaliter delet in nobis origi
nale per baptismuȝ. peccata autem nostra
post baptismũ cõmissa delentur per pniam

nostram presupposito merito xp̄i tanq̄ p̄n
cipale: virtute cuius principaliter a deo no
bis remittetur culpa. Non est eñ aliḋ no-
men datum sub celo hoībus in quo oporte
at nos saluos fieri. Actuū.iiij. Quartū ad
penitentiā requisitū est mortis meditatio.
⁊ notatur cū dr̄ ⁊ sedit in puluere. hanc me
ditabatur ⁊ p̄ hoc se ad penitentiā aīabat
qui dicebat. Quis est hō qui viuet ⁊ non vi
debit mortē. q.d. nullus. Eruet talis hec fre
quenter cogitans aīam suā de manu infer
ni: penitentiā videlicet agendo. Helyas q̄ȝ
panē subcinericium comedendo fugiendo
Jezabel peruenit ad montē dei. Surge er-
go miserabilis palitice ad agendū penitē-
tiam. Surgere q̄ȝ debemus ad imploran-
dum dei miam. Luce.xv. dicit filius prodi-
gus. Surgam ⁊ ibo ad patrē meū ⁊ dicam
ei. pater peccaui in celum ⁊ coram te. hoc ē
contra induratos ⁊ desperatos: qui nec in-
fernum timent: nec celū desiderant. Hi sūt
de quibus Amos.i. Et ponitur de pe.di.i.c.
Super tribus sceleribus damasci me con-
uertam ⁊ super quartum non me conuer-
tam. vbi ſm glo.

Primū scelus est in voluntate.
Scḋm in opere.
Tertiū in ꝯsuetudine.
Quartū super quo nō conuertitur est pec-
catum in obstinatione.

¶ Tali dicitur Jone.i. Surge ⁊ inuoca de-
um tuū. Quilibet ergo attendat: q: ei dici-
tur. Surge ⁊c.

¶ Quo ad scḋm principale paruȝ foret sur
gere: vtpote de pctīs preteritꝭ penitere: ac di
uinū auxiliū implorare: nisi hō vellet v̄tuo
se ābulare. ꝓptea addit̄ ābula. Dicebā mane
bū q̄ ad ābulandū ſm iter p̄ceptoꝝ exigit̄
viam rectā inq̄rere: ac sumpt⁹ cōgruos por
tare. i. opera meritoria facere. Viso ergo q̄
volens saluari dȝ p̄ dei timorē ⁊ amorē in-
cedere. Consequēter videndū est qualit̄ de-
beamus meritorie operari: p̄ quo occurrit
dictum Ezechie.iiij. Regū.xx. vbi sic dr̄. Me
mento queso quō ambulauerim corā te in
veritate ⁊ qḋ placitū est fecerim. Ubi nota
q̄ Ezechias interp̄tatur ꝯfortauit me dn̄s
⁊ sig̃t bonū xp̄ianū diuina grā adiutum si
ne qua nullus bene pōt operari. Roma.vi.
Gratia aūt dei vita eterna. q̄ dȝ ambulare
sicut Ezechias. Primo habendo in intelle-
ctu puram intentionē. memēto inq̄t quo-
modo ambulauerim corā te. non dicit corā
hoībus. Math.vi. Attendite ne iusticiā ve
stram faciatis corā hoībus ⁊c. Et hoc ē cō-
tra ypocritas. Secūdo in ore veram locutō
nem: q: in veritate qḋ est cōtra illos qui di
cunt mēdacium. Tertio in ope iustā execu
tionē: qḋ placitum est coram te fecerim so-
lum sibi intendens placere: q: si adhuc hoī
bus placerem xp̄i seruus nō eēꝫ. ad Gal. i.
Figuratur q̄ȝ talis p̄ Noe. De quo dicit̄ Ge
ne.vi. Noe vir iustus atq̄ꝫ p̄fectus cum deo
ambulauit ⁊ fecit q̄cūq̄ꝫ precepit ei domi-
nus. Noe q̄ interpretatur requies: fecit que
cunq̄ꝫ precepit ei de⁹ signās quēlibet xp̄ia-
num: qui dȝ querere requiem ꝯscientie ⁊ quie
tem q̄ debet esse vir virtuose viuēdo. Just⁹
respectu p̄ximi: p̄fectus respectu sui: q̄ de-
bet cū deo ambulare ⁊ facere quecūq̄ꝫ pre-
cepit ei deus. Sed ve mūdo a scādallis. p̄-
pter eñ scandala p̄thdoloꝛ nō sic iam to-
tus mund⁹ ambulat. Sed vt dr̄ ad Philip.
iij. Multi ambulant quos sepe dicebā vo-
bis: nūc autēȝ ⁊ flens dico inimicos crucis
xp̄i. Alij post dyabolū per altum vanitatis
⁊ supbie ⁊ ambiciosi: pomposi: vane glorio-
si contra quos Michee.ij. Non ambuletis
superbe qm̄ tp̄s ⁊c. Alij p⁹ carnē p̄ sterquili
niū voluptatis ⁊ lasciuie. i. Coꝛ.iij. Nonne
carnales estis vos ⁊ ſm carnē ambulatis.
Alij post mundū p̄ diuerticula cupiditatis
⁊ auaritie vt auari ⁊ inuidi. Jude.ij. Ve il-
lis q̄ in viā cayn abierunt: qui videlȝ alioꝝ
p̄fectibus inuidēt vt cayn abel. nō sic cha-
rissimi ambulandū est: sed sicut Abraham
de quo Gene.xvij. Ambula coraȝ me ⁊ esto
p̄fectus. Sed parū foret incipere seu p̄po-
nere v̄tuose agere nisi iter acceptū ꝯtinua-
ret. Jsa.xl. Qui sperāt in dn̄o mutabūt for-
titudinē currēt ⁊ nō deficiēt. Et de pe.di.
iij. dicit Greg. Incassum bonū agit̄ si añ vi-
te terminū deserat̄: q: frustra velocit̄ currit
qui anteq̄ veniat ad metā deficit. hinc per
Moysen caudā bestie offerre iubetur: vt oē
bonum qḋ incipimus p̄seuerantes ad finē
compleamus. O peccatoꝛ: o munde immū
de ad deum recurre: peccatorum feces dese-
re: ambula cōtinuando in bono: vt pro con-
clusione videntes deū glorificēt: q̄ tantā po

testates dedit hoibus. Quod nobis prestet pius Jesus. Amen.

¶ Dnica.xix.post penthe. Ser.xxxvi.



Multi sunt vocati: pauci vero electi. Math.xx.et in euangelio. Misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirent: et ceperunt omnes simul excusare. Lu.xiiij. Diuine clementie: ac humane malitie ostēsiua sunt verba ista. vbi duo notātur.

Primū pietatis diuine miseratio.

Secūm maligne prauitatis ostensio.

¶ Pro primo nota q dñs noster ihs xpus in fine huius vite cenā fecit vtiqz magnā et gloriā eternā preparauit: q merito dr cena: qr in fine huius mūdi: sicut cena in fine diei est preparata. in cuius figurā migraturus ad patrē fecit cenā discipulis: lauit pedes apostolorū: dedit corpus propriū: promulgauit dilectionis mandatū: qr tunc purgabitur natura hūana ab oi vicio: fruemur xpo: ad proximū etiā erit consummata dilectio. Vñ hec cena dr magna.

Primo ppter inuitātis curialitatē.

Scdo ppter inuitatorū gñalitatem.

Tertio ppter cene diuturnitatem.

¶ De pmo Judith.vi. Suscepit ozias achior in domū suam et fecit ei cenam magnā. Magna curialitas est facere cenā aduersario suo. Ozias fortitudo dñi interptatur et significat xpm. Achior q erat abiectus q et interptatur iracūdia fratris: figt pctōrem fratrē suū ad iracundiā prouocantē. De secundo. Apoc.iij. Si qs mihi apparuerit in trabo ad eū et cenabo cū eo. De tertio.ij. Esdr. iij. Rex darius fecit cenā oibus prepositis qui erāt sub eo. et cū manducassent satiati reuertebantur. Darius interptatur fertilis. De quarto Apoca.xix. Beati q ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Beatitudo autē includit ppetuitatē. Ad hanc autē cenam talē et tantā vocat dñs multos: qr oibus gloria padisi offertur. Actuū.x. In veritate cōperi qr nō est acceptor psonarū deus: sz in oi gente: q timet deū et operatur iusticiā acceptus ē illi.i. Pe.v. Deus ois gratie q vocauit vos in eternā gloriam in xpo iesu modicū passos ipse pficiet confirmabitqz. Ois gre dicit: quia ad oēs eius gratia extendit. Sed proh dolor licet talis et tanta sit dei pietas erga nrām miseriam humanā: tñ iniqtas nrā suā non deponit: imo auget maliciā. Seqtur ceperunt oēs simul excusare. lz nullus dicat verbo nolle saluari ope tñ perhibet q ad beatitudinem nō vult ptingere: qm illa optat que a grā dei et gloria abducūt. Sapi.ij. Exiguum et cū tedio est tps vite nre veite et coronemus nos rosis. fruamur bonis q sunt. Jobqz.xxi. ca. loquens de talibus ait. dicūt deo recede a nobis sciam viarū tuarū nolumus. Non enī volunt pudicitiā: neqz religionis deuotionē: non actiui iustā operationē: non pctōres pniam. Sed vt dr ad Titū.i. Ore fatentur xpm factis tñ negant. xi.q.iij.c. Existimāt. quotiens male agimus: totiens deū factis negamus. Ex qua snia verbi preassumpti concluditur maiorem partem hominum debere damnari.

¶ Pro fundamēto mouetur questio. An dominus velit oēs hoies saluos fieri: qm si sic velit cū eius voluntati nullus posset resistere oēs saluabūtur. Rñdet magister sniarum et post eū oēs doctores et maxime sctūs Bonauen. disti.xl. primi. q sicut dr.i. Thimo.ij. Vult dñs oēs hoies saluos fieri: et ad agnitionē veritatis venire. Hec aūt auctoritas pōt tripliciter exponi. Primo dicendo vult oēs hoies etc. fit distributio pro generibus singulorū et nō p singulis generū: qr de quolibet statu saluabūtur aliq: videlz de statu prelatorū: de statu cōtinentiū: piugatorū: et religiosorū et hmōi. Scdo mō pōt exponi vt sit distributio accomoda. Vult deus oēs hoies saluos fieri q saluabūtur: sic celū tegit oia que scz teguntur. Et mgr scholarium docet oēs pueros q. s. docentur. Tertio mō exponitur a Damasceno. et hāc cōiter sequuntur theologi. deus vult etc. volūtate añcedēte nō volūtate cōnte. nō tñ sic capiēdo q sit multiplex volūtas: sz dr multipliciter rōe cognotati. volūtas enī añs dei tñ valz ac si diceretur: dedit deus aut obtulit: aut paratus est dare vel offerre qcquid est necessariū ad salutē obtinendā. volūtas vero cōns dei notat hoc qd deus retribuit fm q hō meretur vel demeretur. et sic volūtate cōnte nō vult oēs hoies saluos

fieri. ¶ Nota sm petrũ aureoli. Et hec dici tur volũtas bñplaciti nõ volũtas signi. Sẽtentiã hui⁹ thematis est si vn⁹ angelus clamaret vel vnus vestrũ hui⁹ societatis vl' ciuitatis hic exñs dãnabit. vnus inqt nõ dico plures. quis est in tota ciuitate exñs si esset .xl. milia qs timere nõ deberet? Quis vt dr Prouer.xx. Dicere poterit mũdum est cor meũ: purus sum a pctõ. q̃to magis timere debemus vbi ibs xps clamat. Multi sunt vocati: pauci vo electi. Math.xx. ¶ Sz dicet quis. frater eq̃ bene intẽdo saluari sicut vos. nescitis qs dãnabit vel saluabit. Optime dicis: sz audi qd notat. extra de psumptionib⁹. ca. Afferte mihi gladium. vbi Salomon phibet sniam dedisse ex vehemẽti psumptione. vbi eñ veritas hri nõn põt recurrendũ est ad viã psumptõis. Formet ergo sic psumptio. legantur oẽs cronice hystorie ⁊ gesta sanctoꝝ. Et pmo pquirat si qs eccl'iasticus habuit gloriã stãdo in ꝯtinua fornicatione vel symonia. Si qs religiosus notabiliter statum suũ transgrediẽdo. Si nobilis vel vilicus blasphemãdo. Si qs iuuenis ludos aleaꝝ ⁊ meretrices frequẽtando. Si qs burgẽsis vel diues ad vsurã prebendo. Si mercator vel mecanicus fraudãdo: piurando vel fallacijs vtendo. Sz q̃ mulier iocando: puocãdo gestis ⁊ nutibus ad peccandũ gloriã obtinuit. ꝙ si de nullo reperiatur qs sit saluatus talẽ vitã ducẽdo: ⁊ scelerati pctõres moderni hui⁹ tp̃is q̃ passiz sine delectu: ac emẽdatione talẽ vitã ducunt vehemẽs est suspicio ⁊ psumptio ꝙ infallibilit ad eternã dãnatione currũt. Sic ꝙ verificatur sententia thematis. Multi sunt vocati ⁊c.

¶ In isto sermone erunt due partes.
Prima diuine clementie demõstratiua.
Scda humane neqtie ostensiua.

¶ Quo ad primã magna clemẽtia saluatoris oñditur ꝙ iudeis vocationem diuinaꝫ spernẽtibus ad fidẽ catholicã ad credulitatem q3 incarnationis dñice ⁊ sacramẽti in pñti euãgelio sub parabola nuptiarũ venire renuẽtibus misit discipulos suos ad exit⁹ viarũ. i. ad oẽs gentes: vt ad fidẽ xpianã euocarent. Figura hui⁹ renuentie p iudeis facte: ac requisitionis gentiũ ponit. Hester.i. vbi dr: ꝙ assuerus fecit cõuiuiũ optimatibus suis. xxx. anno regni ipsius misit q3 pro vasti regina cũ ipse rex icaluisset mero vt veniret ad cõuiuiũ: que venire rẽnuit et: quo repudiata extitit: missunq3 fuit per regnũ vniuersum: vt aliquã aliam sibi assumeret in sponsam. Rex iste xps est: interp tatur eñ britudo: fecit cõuiuiũ. xxx. anno regni sui. s. in statu gratie post statũ leg' nature ⁊ legis mosayce: q̃ incaluit mero amore sm illud Canti.v. Amore eius lãgueo in cruce. Misit p vasti. i. synagoga iudeoꝝ q̃ noluit venire: propter qd repudiata fuit: et tũc misit p vniuersam terrã vt q̃rerent puelle: ⁊ vnã sponsam sibi assumeret. s. eccl'iaꝫ que est vna vnitate fidei ⁊ dilectionis. vocat aũt ⁊ queri fecit puellã istam. s. animaꝫ vt ad hoc ꝯuiuiũ veniat quattuor mõis. s. qd cõsueuit aliũ vocare: scz

Primo p internã inspirationem.
Scdo per exernã pdicationẽ.
Tertio per bñficioꝝ largitionẽ.
Quarto p tribulationũ immissionem.
Per pulsum.
Per verbum.
Per signum.
Per nuncium.

¶ De primo nũc est dicendũ. venit eñ deus ⁊ vocare nõ desinit p internã inspiratiõem Johã.iij. Spiritus vbi vult spirat ⁊ vocem eius audis ⁊ nescis vñ veniat aut quo vadat. ad Roma.viij. Ipse eñ spũs postulat p nobis gemitib⁹ inenarrabilibus. i. postulãtes nos facit. Apoca.iij. Ego sto ad ostium foris ⁊ pulso. figura hui⁹ vocationis ponit Ezechie.xxxvij. vbi Ezechiel vidit campũ ossibus plenũ aridis: ⁊ dixit ei dñs. Putas ne hec ossa viuent. Rñdit Ezechie. dñe tu nosti. ⁊ dictum fuit ei insuffla in ossa hec a quattuor vẽtis veniet spũs sup ossa hec et viuent. qd queso p campũ nisi mund⁹ iste significatur. Quid vo p ossa arida pelle carne ⁊ humoribus priuata nisi pctõres i hoc mundo viuẽtes honesta vita virtuosa operatione ⁊ gratie humore priuati significantur. Sed quod remedium? certe insufflandum est in ossa hec: hoc interpellandu3 est diuinum auxilium vt inspiret: ⁊ hoc a quattuor ventis.

Primo ab oriente inspiciẽdo qualiter tota per pctũ est pdita vt inde doleat.

Secūdo ab occidente ꝯsiderando mortem imminentē vt tñ timeat.
Tertio a meridie.i.a ꝓsperitate ꝯsiderādo ꝙ in pñti vita nihil pōt eē stabile: vt sic im mūdo ꝯsidere desistat.
Quarto a septētrione ꝯsiderādo diuinā iu‑sticiam: que nil inultum dimittit: vt inde expauescat.
¶ Et tūc nisi hō sit durus compūgitur reui uiscit: ⁊ ad deuꝫ redit. Qui em̄ spiritu dei a guntur hij sunt filij dei Roma.viij. Sꝫ ꝓth dolor pōt nūc dicere saluator qḋ dr Job.xix Vocaui seruū meū ⁊ non respondit mihi. Nouit deus sic nūc videndo mortales pe‑stes sensualitates pluriū hoīm mortes et casus multi: ac multi multas habuerūt in spirationes: ⁊ tñ vix aut raro executioni de mandantur: quare iuxta sententiā vbi pre assumpti merito dr. Multi sūt vocati: pau ci vero electi.
¶ Quo ad secundū principale: visa diuina clementia in multoꝝ vocatione: ꝯsequēter ponitur hūana nequitia: humanā dico ne‑quitiaꝫ: qm̄ nullus dānatur: nisi ꝓpter sua demerita Osee.xiij. Perditio tua ex te isra‑el: ex me aūt auxilium tuū. Et.xxij.q.iiij.va sis ire. nunq̄ deus parat interitū: nisi spō‑taneum homo haberet delictū: ⁊ totus mū dus in maligno positus est.i.Johan. v. Jō plures dānantur ⁊ pauci saluātur: qḋ ostē do pluribus vijs scꝫ,
Auctoritate.
Ratione.
Exemplo,
Figura.
¶ De primo Mathei.vij. Intrate per augu stam: q: lata a ⁊ spaciosa est via que ducit ad perditionē: ⁊ sic multi intrant per eam. arta autē est via: q̄ ducit ad vitam: ⁊ pauci ingrediūtur ꝑ eā. Jsa.i. Multiplicasti gen tem: sed nō magnificasti letitiā Ecclesia.i. Stultoꝝ infinitus est numerus. Luc.xiij. Contendite intrare ꝑ angustam portā: q: in veritate multi querent intrare ⁊ nō po‑terunt. Aug.xx. de trinitate dei. Plures ho mines currūt in penā q̄ꝫ in gloriaꝫ. Et idē libro de vero cultu. Arbitror tres ꝑtes mū‑di fore dānandas: eo ꝙ in oēs regnet infi‑delitas. De quarta aūt ꝑte q̄d dicam nisi ꝙ i.Johan,v,ait, Totus mundus in maligno positus est. Et Grego. in homelia sup Ma‑theū. Ad fideꝫ plures veniūt: sꝫ ad regnū ce leste pauci ꝑducuntur. Si he auctoritates sufficiant credatur eis. Ratione ꝓbat᷑. Cer tum est tñ ꝙ nullus saluatur nisi baptiza‑tur si sit possibile baptizari. dr em̄ Johan.iij ca. Nisi quis regeneratus fuerit ex aqua et spūsancto nō potest intrare in regnū celo‑rum. Certū est secūdo ꝙ nullus baptizatus saluari pōt: nisi velit seruare precepta deca logi. Math.vij. Non oīs qui dicit mihi dn̄e domine intrabit regnū celorum. Quis au‑tem est q̄ nunc seruet precepta decalogi: di citur em̄ Gene.viij. ⁊ hr̄ sentētialiter.xij.q.i. ca. Omnis etas: sensus: ⁊ cogitatio homi‑nis prona sunt ad malū. ⁊ p̄fato ca. Omis etas prona est ad malum.
Quo ḡ vadunt oēs iudei: ad infernum.
Quo vadunt oēs infideles ad infernum.
Quo vadunt pueri sine baptismo deceden‑tes ad infernum.
Quo vadunt oēs heretici: quibꝰ pene ple‑nus est mūdus ad infernum.
¶ Quot sunt qui nō credunt infernū para disum anime immortalitatē. Alij q̄ nō esti mant luxuriā esse pctm̄: quo vadunt hi oēs ad infernū. Quid dicā de ignorantibus ar‑ticulos fidei saltē que ꝑ cōem ecclesie tradi tionem pñt haberi. ignorantibus q̄ꝫ prece‑pta decalogi: necnon ⁊ de confessoribus ⁊ p̄ latis totaliter ignorātibus q̄ spectant ad suū statum: quo vadunt isti ad infernum. vnḋ ꝓbatur ex iure canonico ⁊ dictis theo logorum. dicit em̄ btūs Tho. in.iij.ꝑte.q̄sti. xvij. Qḋ ignorātia iuris diuini non excusat in his q̄ sunt doli capaces. Extra de vita et honestate clericoꝝ capi. vt quisq̄ꝫ. Quo ꝑtē dunt ꝑdones: fures: vsurarij: ⁊ dānificato‑res ad infernū. Cum omnes hi teneantur restituere nec restituūt. probatur hoc ꝑ exē plum de vsuris cap. Cum tu. Quo vadunt omnes mali religiosi nō obseruantes regu lam suam ad infernū. dicitur Eccle.v. Dis‑plicet deo stulta ⁊ infidelis promissio. quo tendunt omnes meretrices ⁊ fornicarij et concubinarij ⁊ hi similes ad infernū. dicit̄ em̄ ad Ephe.v. Hoc autē scitote intelligen tes: quoniā omnis fornicator aut immun‑dus: non habet partē in regno christi ⁊ dei. figuram de paucitate saluandorꝫ habes

Genesis.viij.φ quot anime euaserunt dilu uiū octo nō plus.Gene.xix.De illis cunctis ciuitatibus euasit loth cū duabus filijs su- is ꝛ vxore:que tñ postmodū conuersa fuit i statuam salis.Sed de illa numerosa mul- titudine filiorū israel numeratorū a vigin ti annis ꝛ supra ingressi sunt terrā promis sionis.s. caleph ꝛ Josue. legitur q₃ in vita beati Bernardi: φ apparuit vni religioso xiij.diebus post mortem suā:qui cū interro garet si foret adeo difficile saluari sicut scri pture dicebant.Respondit φ sic ꝛ φ eade₃ die qua mortuus fuit.xliij.milia mortui sꝫ qui oēs dānati fuerunt dēpto vno seculari qui tūc ingressus est purgatoriū ꝛ vno he- remita cū ipso intrauit paradisum.O xpia ni renegati.O indurati populi ad dēū redi te:queso penitentiā agite qꝛ multi sunt vo- cati:pauci vero electi. Et ꝑ conclusione re- nouamini in spiritu mentis vr̄e.Qđ vobis concedat dulcis iesus Amen.

¶Dominica.xix.post pēthe. post prandi um.Ser.xxxvij.



Multi sūt vo cati:pauci vero electi Ma thei.xx.Nemo virorꝫ istorꝫ qui vocati sunt gustabit cenam meā Lu.xiiij. Diui ne seueritatis contra sceleratos peccatores dei vocationem spernētes verba sunt ista: vbi principaliter libet inquirere si cadēs a gratia valeat resurgere ꝛ qbus modis mi- sericordiam poterit obtinere.Pro quo vide- tur φ nō per textum apostoli ad Hebre. vi. Nam dicit impossibile est eos q̄ semel sunt illuminati ꝛ gustauerūt etiā donū celestē ꝛ participes facti sunt spūssancti: gustaue- runt nihilominꝰ bonū dei vbum virtutesq₃ seculi venturi ꝛ prolapsi sunt rursus reuo- cari ad penitentiā. Et rursus de pe.di.iij. c. reperiunt. dicit Ambrosiꝰ. Sicut vnu₃ ba- ptisma est sic vna penitētia est. S₃ ſm Bo nauen.ꝛ alios doctores.xiiij.di.iiij.peniten tia est iterabilis ꝛ q̄diu durat vita habēs vita₃ sp pōt penitere:qm̄ morbus ꝯtra quē est penitentia:qui est pctm̄ mortale est ite- rabilis rōne vertibilitatis nature liberi ar bitrij ſm quā pōt auerti a deo vel ꝯuerti ad ipm̄.Ad hoc est textꝰ de pe.di.iij.ca.adhuc ꝑ fidi instant.Quoniā quotidiana est offen- sio opꝫ φ quotidiana sit remissio.Cur docu isset dn̄s orantes dicere:dimitte nobis de- bita nostra: nisi ipse misericors ꝑseueraret qui nos ab hac petitione nō deficere docu- it.dictū autem beati Ambrosij intelligitur de penitētia solēni dicit Bonauen. que de more quorūdam ecclesiarꝫ imponitur: qꝛ se- mel dūtaxat:non aūt de penitētia cordis q̄ homo ad deū conuertitur:dictū q₃ apostoli preallegatu₃ cū dꝛ: impossibile intelligitur id est difficile multū.Jngratitudo em̄ dicit beatus Bernardus est ventus vrens ꝛ de- siccans diuine misericordie fontem.Refu- tantes ergo cenam illā non gustabunt: qꝛ durante spacio vite quo nūc debent ad deū recurrere ipsum audire nolunt.Sed veniet dies in qua clamabūt:nec exaudient. Ma thei.xxv.Dixerunt fatue virgines dn̄e dn̄e aperi nobis: quibus responsum est nescio vos.O pctōres excecati nūc redite: nūc cla mate ad eternas nuptias cū debito vase ve nite.φ si vos indignos diuina mīa arbitra mini.Memētote φ Absalonꝰ recōsiliatus fuit patri suo Dauid ꝑ mediū illius suna- mitis mulieris q̄ plorans dicebat. heu me mulier vidua ego su₃. Et ꝑ documentū pri cipis militie noīe Joab absalon q̄ p̄rem fu gauit a regno pctōr est q̄ deum effugauit a ꝓpria ꝯscientia.Mulier illa vidua virgi nem mariā rep̄ntat. Joab aūt princeps mi litie ihm xpm̄. harꝫ duarū ꝑsonarū medio peccator pōt reuocari ad penitentiā. dicit em̄ Roma.v.de xpo.Sicut ꝑ hoīs vniꝰ de- lictu₃ pctm̄ intrauit in oēs:ꝛ ꝑ pctm̄ mors ita per vnius meritū gloria intrauit in om nes.de vgine aūt glīosa dꝛ ꝑ figurā Judith qꝛ per te hodie liberauit dn̄s populū suum Ad has ğ ꝑsonas pctōres paupculi redite. dꝛ em̄ de reg.iu.lib.vi.Omnis res ꝑ easde₃ causas soluitur ꝑ quas ꝛ nascitur:mors ve nit ꝑ vnum hoīem ꝛ vnā mulierē:ita ꝛ vita ꝛ sic de numero paucorꝫ eritis de quo sentē tia est. Vbi preassumpti.Multi sunt vocati pauci vero electi.

¶Pro fundamēto mouetur questio:vtrum predestinationis vel reprobationis a parte nostra sit aliqua cā.Respondet Sco.xli.di. primi. quādo queritur vtrum sit aliqua ra-

tio predestinationis vel reprobationis nõ queritur de ipso actu q̃ est idem cũ volũtate diuina: sed de trãsitu super hoc obiectum vel illud. dixit ergo q̃ in predestinatiõe vel reprobatione põt notari quattuor signa.
In primo deus intelligit se et omnes creaturas.
In sc̃do aliquos eligit ad curiã suam et circa aliquos nihil ponit.
In tertio videt oẽs casuros in adam.
In quarto signo nõ surgentes a pctõ ordinat ad penam.
¶ His quattuor suppositis dr̃ q̃ predestinationis a parte nostra nulla est rõ. Sed deus quos vult mere eligit: nec aliquis põt dicere sibi cur hoc facis vel quare hos eligis et illos nõ. de eadem enĩ massa figulus vnuz vas facit ad ↄtumeliã: aliud aũt ad honorẽ Reprobationis vero est ratio a pte nostra videlicet malũ pñisum: qr nunq̃ aliquis ordinatur ad dãnationẽ: nisi ratione mali p̃uisi. Nota sm doctorẽ subtilem.xl.di.primi. Quod predestinatio est ordinatio electiõis a diuina voluntate alicuius nature intellectualis ad gratiam et gloriam. Ita diffinitio tria tangit sm tria que aspicit predestinatio.
Primo in predestinatione est propositum dei eternum.
Sc̃do est illud qd̃ predestinatur.
Tertio ad qd̃ tendit p̃destinatio.
¶ Quo ad propositũ eternũ dicit doctor in diffinitione q̃ est ordinatio electionis a diuina volũtate. Et primo apparet q̃ predestinatio verius est actus volũtatis q̃ intellectus lz p̃supponat intellectũ. Sicut electio consiliũ ex tertio Ethico. vñ tangit intellectũ et voluntatẽ dum dicit a diuina voluntate. differt aũt p̃destinatio ab electione diuina: qr loquẽdo ꝓprie: electio est mediorũ ad finẽ. ex. iij. Ethico. Sed predestinatio est ipsius finis. Ideo dr̃ p̃paratio ad gloriam. vñ ista differunt.
Electio.
Vocatio.
Et predestinatio.
¶ Quia et a pte rei et in intentione p̃ intellecta predestinatio p̃supponitur ipsi electõni et vocationi sicut appetit̃ prius finis his que sunt ad finẽ. lz in executione prius sit vocatio q̃ predestinatio. Multi sunt vocati pauci vero electi.
¶ Rursus prior est executione electio q̃ p̃destinatio. Sicut q̃s p media ad finẽ vocat̃ ad finẽ. ¶ Sc̃m qd̃ tãgitur a doctore est illud qd̃ predestinat̃: dum dr̃ q̃ predestinatõ est alicuius nature intellectualis: ex q̃ apparet q̃ est q̃si species p̃sciẽtie: prescientia enĩ oĩm est. Sed predestinatio est tm̃ nature intellectualis. dr̃ autẽ nature ĩtellectualis et nõ rõnalis nature: qr angeli sunt p̃destinati et nos. tñ proprie nõ dicuntur rationales: qr nõ discurrunt in cognitione sicut et nos qd̃ est opus rationis: sed sunt intellectuales. ¶ Tertiũ qd̃ tangit doctor est illud qd̃ predestinatur. s. ad qd̃ tendit ad gratiam et gloriã inquit gratia est medium tenendi. Sed glĩa est in qd̃ tendimus. et dicitur p̃destinatio a pre qd̃ est añt destinatio. et ratione destinatiõis dicit quedã absolutum actũ. s. voluntatis. rõne aũt huius prepositionis pre conotat antecessionẽ ad predestinatuz. Nota vlterius q̃d sit reprobatõ vñ sm Aug. et est in lr̃a. Reprobatio est p̃scientia iniquitatis quorundam et preparatiõ eorum ad dãnationem: et hoc quantum ad hec tria.
Odium dei eternum.
Damnatio eterna.
Pena eterna.
¶ Unde reprobatio tria dicit scz odiuz dei eternum per obdurationẽ reprobati. vnde ista obduratio sm Aug. lib. de p̃destinatione sanctorũ nihil est q̃ dei obuiatio mandati. ¶ Sc̃m dãnatio eterna seu pena. Primũ est ex pte dei. Alia duo ex pte reprobati. Sed sc̃m. s. obduratio est ex sue volũtatis malicia. ¶ Tertiũ vero. s. pena eterna est ex dei iusticia q̃ vnicuiq; reddet iuxta opera sua. Miret̃ nullus si plures dãnent̃. dicet forte q̃s sermone p̃cedẽti nos remisisti ad presumptionẽ: cũ dñs noster nos plus diligat q̃ mr̃ ꝓpria filiũ suũ sm illõ Isa. xlix. Nunq̃d põt obliuisci mr̃ infantẽ vteri sui: et si oblita fuerit ego tñ tui nõ obliuiscar tui. plus insup amat q̃ q̃cunq; pr̃. Nõne iõ est vehemẽs p̃sumptio de diuina mĩa. dr̃ eniz Lu. xi. Si g̃ vos cuz sitis mali nostis bona dare filijs vr̃is: q̃ãto magis pr̃ vr̃ celest̃ dabit spm̃ bonũ petentibus se. vehemẽs g̃ est

presumptio φ deus q̄ nos tm̄ diligit nobis itaq̃ cōpatieẗ. Sed attendāt precoꝛ ita loquētes q̄d scribiẗ in aucten. Cū de appellatione cogiẗ. §. cās collatione. viij. In q̄b⁹ ponuntur. xiij. casus in q̄bus ꝛ ꝑpter quos filius mereẗ exheredari.
Primus est si filius manus iniecerit in parentes.
Secundus est si iniuriam inhonestam eis contulerit.
Terti⁹ si filius maleficus efficiẗ.
Quartus si cū maleficis ↄuersetur.
¶ Talis vel similis sn̄ia hr̄ in glosa. c. quintaualis de iureiu. i antiq̄s. Qd si q̄s in parentes manus iniecerit vel enoꝛmē iniuriam eis irrogauerit: hereditate ꝑentū venit priuandus. Ad vos dānati pctōꝛes: ad vos inq̃ sunt ṽba ista. An nō quotiēscūq̃ peccatis moꝛtaliter. man⁹ in xp̄m mittitis. dicat apostolus ad Hebꝛe. vi. Rursus sibimet ipsis crucifigētes filiū dei ꝛ ostētui habentes. ꝛ p̄s. Supra doꝛsuꝫ meū fabricauerūt pctōꝛes. Rurſus lusoꝛes passim nomē dei blasphemātes nōne iniuriā sibi inhonestā faciūt: dicat Beda. Qui tunc est cesus colaphis iudeoꝝ nūc ceditur blasphemijs xp̄ianoꝝ. Insup quotiēs inuidi iniqui rancoꝛosi odijs suis ꝑfundūẗ. Nōne cū dyabolis maleficis cōuersanẗ: Vlterius spurcissimi luxuriosi vacātes luxurijs deniq̃ sibi de ꝓpꝛio coꝛpoꝛe turpitudinē fabricātes nōne malefici efficiuntur: q̄re iustissime merenẗ exheredari hr̄ditate eterna. O miseri sꝑ potestis videre: φ multi sunt vocati ꝛc.
¶ In isto sermone erunt due ꝑtes.
Prima pars erit diuine clementie demonstratiua.
Scd̄a humane neq̄tie ostensiua.
¶ Quo ad primū viso sermone ꝑcedēti qualiter vocat nos deus ꝑ internam inspirationē: videndū est nūc qualiter vocat nos ꝑ predicationē exterioꝛē ꝛ beneficioꝝ largitonem ac per flagelloꝝ duriciē seu per ṽbum viuū ꝛ signū mirificū ꝛ nunciū certū. De primo p̄s. Deus deoꝝ dn̄s locut⁹ est ꝛ vocauit terrā. ꝛ Lu. xiiij. Misit seruū suū hoꝛa cene dicere inuitatis vt venirēt. Seru⁹ iste cet⁹ est oīm p̄dicatoꝝ: qui in lege noua ꝛ veteri missi sunt cū verbo dei viuo ad vocandum oēs hoīes ad gl'iam. Hebꝛe. iiij. Viu⁹ est sermo dei ꝛ efficax ꝛ penetrabilioꝛ omni gladio ancipiti ꝑtingēs vsq̃ ad diuisionē aīe ꝛ spiritus. Tria aūt sunt genera audientiū verbum dei.
Primi sunt in pctīs indurati: hi frangi et conteri indigēt.
Scd̄i sunt in se aridi ꝛ lꝫ non sint indurati vt primi vix tm̄ aliq̄d boni libet eis facere: hi indigent irrigari ꝛ irroꝛari.
Tertij sunt tepidi: q2 lꝫ a pctīs caueant: ac multa bona facere velint: gustū tm̄ in bonis vix capiūt: ꝛ hi acui ꝛ inflāmari indigent.
¶ Primis dꝫ esse verbū diuinū tanq̄ malleus ꝑ duras cōminationes ꝛ graues sn̄ias pctōꝝ duritiē ↄterens. de hoc Iere. xxiij. Nūquid nō ṽba mea quasi ignis: ꝛ sic malleus conterēs petras. secūdis dꝫ esse tanq̄ aq̄ irrigans: ꝛ roꝛ infundēs: ꝛ de hᵒ scribiẗ Isaye xlv. Sicut imber ꝛ nix descēdit de celo ꝛ vltra nō reuertiẗ: sꝫ inebꝛiat terrā ꝛ facit eaꝫ germiare. Sic erit ṽbū meū qᵒ egredietur de oꝛe meo nō reuerteẗ ad me vacuū: sꝫ ꝓsperabiẗ. Tertijs ṽbū diuinū est exasperās ꝛ aridos inflāmans. Et de hoc Lu. vlti. Nōne coꝛ nostrū ardēs erat dū loq̄retur nobis in via. vn̄ em̄ cōuersio ꝛ tot ꝛ tantoꝝ pctōꝝ qui nō solū diebus ebdomadis ꝛ mēsibus: sed etiā annis multis in pctīs steterūt aliq̄n. xx. xxx. xl. vtpote in blasphemijs: soꝛtilegijs: furtis: luxurijs: ꝛ lenocinijs: nisi ꝑ ṽbū dei efficaciter p̄dicatū. vn̄ demū fletus passionis dn̄ice suspiria magna: ac desideria celestis patrie nisi ꝑ ṽbū diuinū. O felix vocatio vtinā dieb⁹ nr̄is ꝓpter nr̄a demerita nō esset hui⁹ ṽbi carētia ꝛ vocatiōis tā efficacis sicut cōminaẗ dn̄s ꝑ Amos. viij. Mittā famē in terrā: nō famē panis ꝛ aq̄ naturalis: sed famē audiēdi ṽbū dei. Recte em̄ ꝓpter tantā vtilitatē ṽbi dei. Diciẗ ex. de officio vel ꝑtāte iudic. c. i. Inter oīa q̄ spectāt ad salutē populi xp̄iani pabulū ṽbi diuini maxime nosciẗ esse necessariū. Qm̄ non in solo pane viuit hō: sꝫ in omni ṽbo qᵒ ꝑcedit ex oꝛe dei. Sed ve infelici xp̄ianitati. Qm̄ si in tyꝛo ꝛ syndone. i. si in similibus predicata essent q̄ nunc dicūtur ꝛ principaliter chꝛistianis foꝛte egissent penitentiaꝫ. Quis est nūc qui velit predicationē audire: aut si audiat quis est qui perfecte attendat: ꝛ non potius mente vagetur ver-

bum spernat aut irrideat aut attēdat: quē
reperies: qui opere pficiat. iam eñ impletū
videt̄ qđ apostolus.ij.Thimo.iiij.pdicabat
futurū. Erit eñ tps cū sanā doctrinā nō su
stinebunt. Sed ad sua desideria coacerua=
bunt sibi mgros prurientes auribus. sed ꝙ
grande malū sit dr Prouer.xxviij. Qui de=
clinat aures suas ne audiat legē oratio ei⁹
erit execrabilis. Et.xliij.di.c.dispensatio. Di
citur sicut nō leue crimen incūbit pontifici
bus siluisse qđ congruit: ita his qđ absit nō
mediocre periculū: q̄ cū debeant parere de=
spiciunt. Et.i.q.i.c.interrogo. dicit August.
Cum quāta sollicitudine obseruam⁹: quan
do corpus xpi ministramus: vt nil ex ipso ð
manibus nostris in terrā cadat tanta solli
citudine obseruemus: ne ṽbum dei qđ no=
bis erogatur dum aliqđ: aut cogitam⁹: aut
loquimur de puro corde depereat. De voca=
tione p signum dr Isa.x. Leuabit dominus
signum in nationes ⁊ congregabit dispsos
iude ⁊ colliget pfugos israel. Istud est si=
gnū crucis: qđ est signū amoris Isa.v. Quid
vltra debui facere vinee ⁊ non feci: de signo
timoris psalmista. dedisti metuentibus te
significationē: vt fugiant a facie arcus. De
vocatione p nuncium siue per tribulatōes
dicitur Hester.xv. vocauit assuerus Hester
cū virga quā tenebat in manu sua. dicit eñ
Grego. ꝙ mala q̄ nos hic premūt ire ad deū
nos compellūt. Suntqꝫ penalitates nūciȷ
diuine volūtatis vt reuertamur. Null⁹ er=
go deo conq̄ratur ꝙ non sufficiēter vocat⁹
sit. quare infertur sñia ṽbi pāssumpti. Mul
ti sunt vocati pauci ṽo electi.

¶ Quo ad secundū pricipale: viso ꝙ plures
reprobant̄ qui dānantur ꝙ̄ saluentur vidē
da est ratio perditionis tot animarū. Et p̄=
mo declarandū occurrit: q2 ex parte dei hic
non est ratio: imaginant̄ aliqui ꝙ ideo pau
ci sunt electi: q2 diuina prescientia ordina=
uit sic ꝙ pauci saluabūtur. Sed attēdant
tales quid dicat Sco.distin.xl.primi. Me
moria mea non cogit preterita fuisse. Sic
nec diuina prescientia futura fore. Ad hoc
est exemplū qđ fertur ipsi Scoto accidisse
prout refert magister Guillermus de valle
raulionis. dum eñ Sco. semel deambula=
ret per angliam occurrit laboranti in agro
cui dum salutis monita suggereret, Respō
dit agricola. quid nam est pro salute labora
re: scit eñ deus quid mihi ꝯtingere debeat
⁊ an saluabor vel dānabor. Cui respondit
Sco. deus vtiqꝫ scit: si in terra hac quā co=
lis debeat crescere triticū peruenturū: veni
et etiam si non laboraueris. Si vero sciat
non peruenturū perdis penam tuā q2 non
crescet. Si ita sit ꝙ vt asseris p solam pre=
scientiam diuinā omnia infallibiliter acci
dant. Quid ergo laboras. Ad hec ṽba agri
cola obmutuit. ductus eñ fuit ad metā nō
loqui. Audiant hec singuli: q̄m si non labo=
rant terraꝫ ꝯscientie sue nihil in ea crescet.
Si eñ laborare velint nō perdent penam
sue dānationis: ergo q̄renda nō est alia ra=
tioꝗꝫ illa q̄ vtiqꝫ in euāgelio notatur cum
is qui veste nuptiali carebat in tenebras ex
teriores proiici iubetur. Que aūt sit hec ve
stis declaratur.i.Pe.iiij. Super oia autem
charitatem ꝯtinuam habētes: q2 charitas
operit multitudinē pctōrum: hec charitas
electiue vel imperatiue oia includit ad sa=
lutem necessaria.

Continet enim.
Credenda.
Agenda.
Speranda.
Et suscipienda.

¶ In his eñ quattuor ꝯsistit salus hoim vt
credant qđ credendū est: agant quod agen
dum est. Et ea atqꝫ tenent̄: sperent ⁊ optēt
que super oia sunt desideranda. Ea vero q̄
remedium ꝯtra lapsum afferunt digne su=
scipiant. Ad primā spectant articuli fidei.
Ad secundā precepta decalogi. Ad tertiam
dotes celestis premiȷ: pro q̄bus poscendum
⁊ aliȷs necessariȷs ad salutē: ordinate sunt
petitiones orōnis dñice. Ad quartā sacra=
menta eccl'ie q̄ digne suscepta: gratiaꝫ siue
charitatē ꝯferunt: que q̄dem gratia vel cha
ritas ſm Aug. est vestis nuptialis diuidēs
inter filios regni: ⁊ int̄ filios pditōis. Alio
modo dici pōt vestis nuptialis est ꝯformi=
tas ad vestes christi passi. legitur autē chri
stus indutus triplici veste in sua passione
videlicet.

Alba.
Coccinea.
Et purpurea.

¶ De prima Lu.xxiij. Indutū veste alba re=

misit ad pylatum. De secūda. Johā.xix. Clamidē coccineū circundederunt ei. De tertia Math.xxvij. Vestē purpurā induerūt ei Ad sponsum contēplandū in his vestibus inducit nos. Sap. Canti.iij. Egredimini filie hierusalē et videte regē Salomonē in diademate q coronauit eū mater sua in die desponsatiōis eius. Alba representat castitatē. Coccinea charitatē. Purpurea austeritatem. sed paucissimi his induuntur. Ideo mirum non est si multi dānantur. Apoca. eniz vij. dicitur. Beatus qui custodit vestimenta sua: videat quilibet qua veste induatur. Si sordida contra albam. Si fracta vel dissuta contra rubeam. Si lana linoqz contexta cōtra purpuram. i. simulatam. quoniam vt dicitur sopho. i. visitabit dominus omnes qui induūtur veste peregrina defectu vestis nuptialis. ignibus traditur quilibet qui moritur in pctō mortalali quod a nobis auertat dulcis iesus. Amen.

¶ Dñica.xx. post penthe. Ser.xxxviij.



Domine descende priusqz moriatur filius meus. Johā.iiij. et in euangelio hodierno. Ne tardes cōuerti ad dominū: et ne differas de die in diem. Subito enī veniet ira illius. Eccl'.v. Ad pctōres in scelerib' viuētes verba sunt ista. vbi duo notanī.

Primū est saluatoris monitio.

Scdm eius dura cōminatio.

Cum pctm̄ mortale sit irremissibile p' hāc vitā. Eccl'es.xi. Vbicunqz ceciderit lignū siue ad austrū siue ad aquilonē ibi stabit siue in statu gratie siue in statu peccati: ibi perpetuo manebit aīa. Et cū nullus sciat horam que a presenti seculo excidit merito spūssanctus vnūquēqz monet ne cōuersionē suam differat. circa hanc conuersionem tria sunt videnda.

Principiū gratiosum.

Motiuū virtuosum.

Cōplementū fructuosum.

¶ Principiuz nostre cōuersionis est diuina gratia. Trenoꝝ.v. Cōuerte nos dñe et cōuertemur. Nullo eīn pacto ad deū conuerti valemus: nisi ipse nos cōuertat. Crisostomus homel'.xxx. super math. Anteqz peccem' liberū arbitriū habem' sequēdi voluntatem diuinā aut non. Sz postqz peccando ei nos semel obligam' ex tunc virtute ꝓpria euadere nō potermus: sz sicut nauis gubernaculo fracto huc vel illuc vadit quocūqz tempestas eā ducit. Sic homo auxilio diuine gratie perdito nō hic facit aliud qz qd vult diabolus. Et nisi dominus eum manu valida misericordie saluat vsqz ad finem vite i peccati vinculis permanebit. Pro hac gratia liberatiua sepe oportet recurrere ad meritū passionis christi: et ad preces sacre et intemerate virginis. De saluatore dicitur. ad Heb. ix. Introiuit in ipsum celū vt appareret vultui dei ad interpellandum pro nobis. De virgine vero maria dicitur per figurā regis dauid: qz Abigay placauit regem. i. Regū.xxv Dauid iratū contra nabal qui iuxta nomen suū stultus dicebatur. Et hic est peccator sic stultus remanēs. Pro secūdo motiuo cōuersionis: est attendenda confidentia cōmissorum flagitioꝝ: collatorum beneficioruz: supplicatoꝝ criminatorum: et gaudiorum promissoruz. Hoc motiuo ductus fuerat qui dicebat. ps.cxviij. Cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos i testimonia tua. Vie iste sunt lapidose per malicias: spinose per auaritiaz: et lutose per luxuriam. He sunt vie tenebre eoꝝ qui dereliquerunt iter rectuz: qui letantur cum malefecerit: quorum vie peruerse sunt et infames gressus eoruz. Prouer. ij. Quibus cōsideratis attente merito sunt relinquende licet ꝓh dolor de multis possit verificari quod dicitur de illis duobus dānatis. Auerterunt oculos suos ne viderent celum et recordarentur iustorum iudicioꝝ. Daniel'.xiij. Pro tertio autem quod est complementum conuersionis: volens percipere peccatorum remissionez necesse habet relinquere actiones peccatoꝝ et fugere atqz deo sollicite inherere. Nemo enī potest duobus dominis seruire. Math.vi. iij. Regum.xviij dicit helyas. Vsquequo claudicatis in duas partes si dominus est deus vester: si ꝓ quia sequimini eum: et hoc merito. ¶ Pro secūdo principali thematis: quia alioquin veniret subito ira illius vbi et rectitudo diuine vltionis asseritur: quia veniet et punitio remedij

denegatur:quia subito.Dicat ergo quilibet
animā sauciatam habens dicat domio. Do
mine descende priusq̄ moriatur filius me-
us ⁊c.

¶ Pro fundamento mouetur questio.An p̄
mo penitentez in articulo mortis possibile
sit digne penitere.Sco.dist.xx.iiij.tractans
hanc materiam ponit duas conclusiones.
Quarum prima est affirmatiua talis.Pos-
sibile est p̄mo penitere ī articulo mortis di-
gne.Probatur sic:quia digne penitere ē do-
nū dei.hoc autem potest deus conferre ī ar
ticulo mortis sicut in sanitate. patet hoc ex
emplo latronis.Articulus mortis dicitur
vbi f̄m iudiciū humanū mors est iminens:
vel per infirmitatem vel per interfectionez
Secunda conclusio quasi negatiua.difficile
est ⁊ quasi impossibile p̄mo in articulo mor
tis digne penitere. Probatur hec conclusio
ratione male habituatōis defectu circūstā-
tie finis:propter carentiam rationis:⁊ pro-
pter defectum libertatis.Hec deducentur ī
p̄ma parte sermonis.Quare merito dz dice
re pctōr.Dñe descende ⁊c.

¶ Mirari eñ nullus debet si plures dānen
tur.Habens eñ ignē accensum in domo su
a ⁊ extiguere nolēs miraretur nullus si do-
mus ei⁹ cōbureretur.nec valet si diceret q̇s
quia voluntatē habebat extinguendi. Dici
tur eniz de regulis iuris libro.vi.Mora sua
cuilibet est nociua.⁊ de electione ⁊ electi po
testate libro.vi.c.Cuz inter vniuersas.Ubi-
cunq̄z mora affert periculum nullatenus ē
differendum.⁊.ff.ex quibus causis maiores
l.Non enim negligentibus subuenitur:sed
necessitate rerum impeditis.Sicut nullus
miraretur si habens funez in collo nollens
se saluare vel prescindere si suspēderetur vl'
strangularetur:quod peius est: ⁊ valde ab
surduz. ¶ Ad vos obstinatos peccatores et
peruersos christianos ignem infernalez ne
dum per mensez:sed per annū ⁊ per annos
plures in conscientia vestra portātes funez
quo suspendemini ab ānis mult; differētes
sunt v̄ba ista. Quot ei pctā mortalia ignis
deuorabit testatur.Job.xxxi. de peccatis lo-
quens.Ignis est vsq̄z ad consumptionē de
uorās.Quot vero eadem peccata funib⁹con
stringentur:testatur Sapiēs Prouerbio.v.
Iniquitates sue capient impiuz ⁊ funibus
peccotorum suorum vnusquisq̄z constringe
tur.O quot sunt dānati nūc qui hunc ignē
poterant extinguere: qui funē poterant sol
uere vel prescindere qui tamen ineternū cō
burentur.Nitatur ergo quilibet propriā cō-
scientiā respicere ⁊ anteq̄ cōburatur ⁊ strā
gulet peccati ignē nitat extinguere ⁊ cum
regulo dicat.Dñe descende.

¶ In isto sermone erunt due partes.
Prima de pnīe in extremis millitate.
Secunda de diuine condescentionis prom
ptitudine.

¶ Quo ad primā existens in peccato morta
li merito debet orare deum vt per gratiam
suam descendat in aīam eius ante mortez.
quia vix digne penitebit in mortis articu-
lo qui diu fuit in peccatis assuetus propter
tria.⁊ nunc de duobus dicetur. Certum est
enim q̄ q̄diu sumus in presenti seculo pu-
gne ⁊ tentatōibus expositi sumus.ita vt di
cat Job.vij.Militia est vita homis sup ter-
ram.Alia littera habet tentatio.Ephese.v.
Non est nobis colluctatio aduersus carnez
⁊ sanguinē: sed aduersus potestates mūdi
⁊ principatus ⁊ rectores tenebrarum haruz
q̄ si tanta pugna sit in vita nō ē dubiū q̇n
fortissima sit in morte:in qua si victus fue-
rit hostis ineternū non superabit. Et si vin
cat:ineternū non erit remediuz.De hac pu-
gna finali dr̄.Geñ.iij.Tu insidiaberis calca
neo eius.⁊ p̄s. Insidiatur vt rapiat paupe-
rem quasi leo in spelūca sua. Quis tā insen
satus qui se estimet superare aduersarium
in infirmitate:quez superare non potuit in
sanitate. Quis eñ tam ebes vt onera ḡuia
imponat iumento laboribus oīmode cōfra
cto.Reliqua vero fortiora ⁊ expedita exone
rata relinquat.Hi sunt miseri peccatores q̄
per totum tempus vite sue ducunt in gau-
dio ⁊ letitia dies suos: in fine vero vite sue
totum onus sue miserabilis cōuersationis
imponūt super diez extremū.Huius pugne
figura expresse.Luce.xix.habetur vbi salua-
tor flendo dixit.Uenient dies in te ⁊ circun
dabunt te inimici tui vallo: ⁊ coangusta-
bunt te ⁊ ad terram prosternent te.O duris
simū bellum nunc qui audiūt predicatōes:
legunt scripturas:sani sūt corpore prepedi-
ti non sunt intellectu:vident bonoruz exem
pla:⁊ tamen a peccatis non cauent hosti re

sistere nequeũt. Quid eis in illa pugna con
tinget: quando soli derelicti infirmitate de
tenti omniq; miseria circũdati erunt. O ve
rax deus forte dicet quis. tunc nõ tentabun
tur de luxuria auaricia et superbia. fateor e-
quidem. Sed certe tunc diuersissimis ten-
tationibus aggredientur. Protestatur gre-
gorius declarans predictum euangeliũ. Di
abolus enim sciens tunc quia modicũ tem
poris habebit totam astutiam suam ponet
ad subuertendum hominẽ. vnde ps. Inimi
ci mei animaȝ meam circundederunt: val-
lum faciunt reducendo ad memoriam pec-
cata. Vallum enim proprie est de pallis pro
hibens exitum et aditum ciuitatis. Demo-
nes ergo animam vallo circundant quãdo
impediunt ne peccata ab anima exeant: et
ne gratia dei intret. Adipẽ suum concluse
runt qñ abundantẽ maliciam suam in ani
maȝ concludere volunt et querunt. Os eorũ
locutum est superbiam: dum videlicet de in
fidelitate in desperatione morientem ten-
tant: dei serui ab hac pugna non sunt exẽ-
pti. Quid ergo inimicis dei accidere poterit
Beatus martinus vidit diabolum sibi assi-
stentẽ in mortis articulo cui dixit. Quid hic
stas cruẽta bestia: Btũs q3 bern. vexat' fuit
i ifirmitate d' despatõe. Sctũs q3 cirill' in
libro de obitu hieronymi refert de eusebio hie
ronymi discipulo: q' cũ triduo perdidisset lo
quelã sacramentis prius rite susceptis duo
bus diebus ante eius exitũ: cepit ita terribi
les actus peragere per circunstãtias q' mo
nachi timore perterriti in terra iacebãt. Nã
qñq3 oculis transuersis iunctis simul ma-
nibus dura facie terribiliq3 voce clamabat.
nõ faciã non faciã mentiris mentiris. Post
hec faciem suã in terra firmabit et vt pote-
rat dicebat. Adiuuate me fratres ne pereã.
qd videntes fratres monachi oculis lachry
mantib' interrogauerũt eum quid hoc eẽt.
At ille dixit. Non vidistis demonũ agmina:
qui me debellare cupiebant. et illi. Quid ti-
bi facere volebant cũ dicebas non faciã mẽ
tiris. Conabant' ait ille: vt nomen dei blas-
phemarem. tunc hoc facere negabam. At il
li dixerunt ei. Quare pater abscondebas fa
ciem tuam in terra? Respondit. ne aspectuȝ
inimicorũ viderem qui tam terribilis est: q'
omnes terrores qui sunt in mũdo respectu
eius nihil sunt. Tandem apparente glorio
sissimo hieronymo feliciter migrauit. Si er
go dei seruo tanta fuerit pena quid fiet de
inimicis peccatoribus. O miserabilis mun
danorum vita. Audi illud Ecclesiast. vltio.
Memento creatoris tui in diebus iuuentu
tis tue anteq3 veniat tempus afflictionis
tue. Secundum quod impedit ne tunc pe-
niteamus est charitatis priuatio. Certũ est
enim q' actus displicentie peccati non est
deo placens nisi ipsa displicentia sit circun
stantia a parte principij et finis: ita q' sit vo
luntaria et propter deum. de penitentia di.
vij. c. nullus dicat augustin'. Scriptũ est ne-
minẽ sine charitate posse saluari. Non ita-
q3 in solo timore dei viuit homo quẽ oz nõ
solum redimere iudiceȝ: sed etiam diligere
vt patreȝ. Audiant hoc peccatis dediti qui
si quã intentionẽ in tali articulo habẽt nõ
est propter deum: sed pter timorem pene
parate. Grant mercis cordeau. O peruersa
febris. Febris eñ quẽ tollit saporeȝ: nũc fri-
gus nunc calorem generans peccatum rep
sentat auferens saporem spiritualiũ etiaȝ
timore vel amore inordinato. Tamen ante
mortem ad deum redi: et deuote dic ei qd p-
mittitur in themate preassũpto. Dñe et c.

¶ Quo ad secundũ principale vt dominus
descendat in aiam p gratiaȝ opȝ q' regulus
veniat ad saluatorẽ et exeat capharnaũ. et
hoc dũ saluator trãsit a iudea in galileaȝ il-
la hora relinquet eũ febris. hec oĩa mistice in
telligẽda sũt. Regul' regimẽ hñs dr liberũ
arbitriũ qd a nullo cogi pt. Eccl. xv. De' ab
initio creauit hoĩeȝ et reliqt eũ in man' cõsi
lij sui. s. in liberũ arbitriũ. vñ Hiero. ptra Jo
uinianũ. Si inqt liberi arbi. nos cõdidit de
us vt nec ad virtutes nec ad vicia necesse
trahamur: alioqñ vbi necessitas ibi nec co-
rona. Nota tñ q' liberũ arbitriũ dr regulus
diminutiue nõ rex absolute: q2 l3 cogi ñ pos
sit: neqt tñ meritorie opari sine auxilio dei.
Propterea dic mgr sentẽ. xxv. dist. ij. q' libe-
rũ arbitriũ est facultas volũtatis et rõnis. et
sũt verba. b. Augustini. Hic regulus d3 exire
a capharnaum vt veniat ad iesum id est di
mittere consolationes mũdanas et tempo-
rales. Capharnaũ enim interpretatur ager

pinguedinis vel vallis consolationis. Sic fecit qui dixit. Renuit cõsolari aïa mea memor fui dei. sic Math.x.dr. Qui non accipit crucẽ suam ꝛ nõ sequitur me: non est me dignus. sic Aplus Philip.iij. Oĩa detrimenta feci ꝛ arbitratus sum oĩa vt stercora vt xp̃m lucrifacerẽ. sic fecit Hieronymus. Unde in aureola dicit. Impossibile est vt hic ventrẽ ꝛ illic mentẽ quis reficiat: vt de delicijs ad delicias transeat: ꝛ in presenti ꝛ in futuro gaudeat seculo. hec ille. Sed necesse ẽ: vt inquit Augustinus in soliloquijs: vt alterã perdat consolationẽ supple qui reliquã voluerit possidere. sed ad vos indurati peccatores qui ebrietatib⁹ luxurijs blasphemijs ꝛ vindicatõnibus rancoribus ludis ꝛ piurijs fraudibus ceterisq; peccatis vacatis verba sunt ista. Sꝫ certe: prothdolor: multi sunt similes balaam qui: vt dr Numeri.xxiij. volebat mori morte iustoꝝ: quorũ tamen vitam grauissime persecutus fuerat ꝛ quibus i bono semp contradixerat. Sic ꝛ pessimi peccatores plerĩq; vellent pmiari premio iustoꝝ ꝛ sanctoꝝ haberẽq; finẽ eoꝝ ꝛ in fine habere grãm dei: nolunt tñ facere opa eorũ. Certe talibus dici põt qd scribitur.xl.di.ca. Non est. Non sunt filij sanctoꝝ q̃ loca tenent sanctoꝝ: sed q̃ imitantur opa eoꝝ. Quilibꝫ ergo saluari cupiens veniat ad dñm oẽ qd est in mũdo cõtra deũ sicut luxuriã supbiam cupiditatẽ fraudẽ ꝛ rancorẽ relinquãt tanq̃ capharnauꝫ vt sic illis dicatur. Sicut credidisti fiat tibi ꝛc. Quod nobis donet dulcis iesus. Amen.

¶ Dñica.xx. post penthe. post prandium. Sermo.xxxix.



Domine descende: vt.ẽ. Estote parati quia qua hora nõ putatis filius hoĩs veniet. Lu.xij. Ad miserabiles pctõres verba sunt ista. vbi duo notant.

Primũ est saluatoris monitio.

Scdm est dura cõminatio.

¶ Quo ad primũ salubriter monemur nos preparare ante mortẽ. dicit enĩ cyprian⁹. de pe.di.i.c. Nũquid. qualẽ te inueniet dñs: talem te iudicabit. Modus autẽ se prepandi expositus fuit in ps. dicente. Cogitaui dies antiquos: ꝛ annos eternos in mente habui meditat⁹ nocte cũ corde meo ꝛ exercitabar ꝛ scopebã spiritũ meũ. põdera singula cogitaui ait. Certũ est ei duas eẽ ciuitates: vnã bonoꝝ: alterã maloꝝ finalẽ ꝛ vltimã ad quã quis peruẽtur⁹ sit penitus ignorat. Nescit enĩ homo an odio vel amore dign⁹ sit. Eccl'. ix. sed oĩa in futurum reseruant incerta. Si quis ergo hic efficaciter cogitet nõ dubium meditabitur in vita sua qualẽ duxerit: qualẽ ve ducere intẽdit. Excitabitq; se in oĩbus virtuosis opibus ac scopabit.i. purgabit cõscientiã suã a peccatis. sic enĩ dr Apoc.iij. In mente ergo habe qualiter accepis ꝛ audieris. ꝛ serua ꝛ pniam age. sed quãdo hoc fieri debet ꝛc. Eccl'es.ix. Quodcũq; põt manus tua instanter operare: q: nec opus nec ratio nec scientia nec sapiẽtia sunt apud inferos quo tu pperas. Et hic notat secũda pars in qua dr. quia qua hora nõ putatis ꝛc. Voluit aũt dñs horã mortis esse incertaꝫ triplici ratione.

Primo vt hõ viuat purius.

Scdo vt hõ operet cõmunius.

Tertio vt hõ cõuersetur humanius.

¶ Primo ꝛc. ignorans qua hora egredietur. vnde Gregorius tractans illud. Vigilate ꝛ orate dicit. Si scirẽt hoĩes qua hora ab hoc seculo migrare deberẽt partẽ vite sue voluptatib⁹ aliã vero laudib⁹ forte exponerent. Nunc aũt q̃ nos incertos reddidit suo seruitio sp deditos esse voluit. Secũdo vt homo operetur cõmunius ꝛ diligẽtius ꝛ p ɔsequẽs vtilius. Si enĩ sciret hõ mortꝭ horã forte desisteret ab opationib⁹ vtilib⁹ alijs multꝭ vt sibipsi vacaret. Unde fert gregorius libro dialogoꝝ dictuꝫ fuisse cuidã: cui reuelata fuerat hora mortis. age qd agis opare qd operaris. Tertio vt homo cõuersetur humani⁹ Si enĩ sciret hõ horã mortis sue nimis melencolice viueret. Certũ tñ est q̃ tps breue est.i. Coꝛ.vij. Dũ ergo tps habem⁹ opemur bonum. ad Gala.vi. Dicamusq; cordialiter dño vt descendat.

¶ Pro fundamento mouet questio. quia dr domine descende ꝛc. An christi vicari⁹ vl' sacerdos dei minister possit peccata dimittere: Respondet Sco. dist.xiiij. ꝛ plenius dist. xviij. q̃ q̃uis videat dicere magister distin

ctione.xiiij.vel.xviij.q' solus deus habet re- mittere culpã et obligationẽ ad penam eter nam. Minister tñ ostendit penitentem esse absolutũ ac soluit vel ligat ad penã tempo ralẽ. Verius tamen videtur: q' cũ sacramẽ- tum pñie sit sacramentũ noue legis habẽs efficatiã ex opere operato: qñquidem sacra- mentũ habet p formali absolutionẽ factaꝫ a sacerdote iurisdictionẽ habẽte: q' p ipam absolutionẽ seu sacramentũ vere remittit culpa seu obligatio ad penã: et cõfertur gra- tia ministerialiter. Et si dicat quis r mittit peccata nisi solus deus: est verũ auctorita- te: sed ministerialiter illud est datum sacer- dotibus et dictũ est a saluatore. Quoꝝ remi seritꝭ peccata etc. Jo.xx. Non ẽ aũt sic intelli gendũ: q' sacerdos si remittat ministeriali- ter q' attingat gratiã in se: sed per virtuteꝫ sacramentalẽ in sacramento existentẽ et vir- tutẽ caracteris sacerdotalis simul cõcurrit ministerialiter ad effectũ sacramẽti: ita q' nõ sit tantũmodo ex pacto diuino vt aliqui opinãtur: alias non viderent differre sacra menta noue legis a sacramentis veteris le gis. vide. b. Tho. in. iiij. senten. Dicat ergo q̃ libet in pctõ mortali existens. Dñe descẽde videlicet per gratiã: descendat et tuus mini ster: vt qui per contritionẽ non sum suffici- ens obtinere gratiã illã valeaꝫ adipisci per operationẽ sacramentalẽ etc. Miretur aũt nullus si plures dãnentur. Nempe nullus miraretur si corpora paganorũ hereticoruꝫ aut excõmunicatoꝝ extra ciuitatẽ proijcerẽ tur: imo qui viderent ea inhumari in terra benedicta mirari deberent. Non enim ibi de bent sepeliri et si a casu vel alias ibi sepulta fuerint sunt extrahẽda. Ut plane habetur de statu monachoꝝ. ca. super quodã canoni co regulari. et de sepulturis sacris. Ad pecca tores dãnatione dignos verba sũt ista. Ois enim in peccato mortali existens excõmuni- catus est: qꝛ extra cõmunionem iustorum et sanctoruꝫ est. Tollatur: inquit ysayas.xxvi. ca. impius ne videat gloriã dei. In terra enim sanctoꝝ inique gessit. Uigilet ergo ratio su per totũ hominẽꝫ si sit ibi aliquid pp̃ter qđ a sanctoꝝ consortõ eijci debeat et igni perpe tuo deputari. Sicut vigilare debet p̃fectus ciuitatis super totam ciuitatẽ et illã circui- re die noctuq;: vt quilibet habeat in domo sua vnde ignẽ nociuũ extinguere possit. Sic notat. ff. de officio p̃fecti vigilãtꝭ. Nã saluta- ris hec vigilantia dꝫ esse pcipue tpe sanita tis: ne forte tempore articuli mortis speret homo vigilare et remediũ adhibere et nõ pos sit. quare merito sub typo reguli clamare d bet. Domine descende priusq' moriatur fili us meus etc.

¶ In isto sermone erunt due partes: vt in p mo sermone.

¶ Quo ad primã partem merito quis ante mortis articulũ dꝫ deũ rogare vt in sua con scientia descendat: qm̃ in mortis articulo di gne penitere quis vix potest. Et hoc pp̃ter duas rationes: que posite sũt prius. quaꝝ prima est passionũ alteratio.

Secũda est maloꝝ habituatio.

¶ Certũ est enim q' passiones vehemẽtes ap petitus sensitiui sepe impediunt rationeꝫ. Sciebat hoc qui dicebat. ad Roma. vij. Nõ quod volo bonũ hoc ago sed qđ odio maluꝫ illud facio. et iterũ ibidem. Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius: et q̃- uis omnes passiones nate sint ĩpedire vsuꝫ rationis precipue tamen sm Augustinum lxxxiij. questio. Passiones causate a tristabi- libus plus mouent q̃ causate a delectabili bus. Sic enim aliquãdo mouent q' sic impedi unt vel q' totaliter vsum rationis tollunt. Actus autem displicentie de peccato vt do placeat et sit sufficiens ad verã pñiaꝫ exigit q' vtatur ab vtente ratõne cuius vsus mul totiens impeditur pp̃ter passiones dolorũ aut timorum aut vtriusq; simul. Nouerat hoc qui dicebat. Torrẽtes iniquitatis ɔtur bauerunt me. Efficiuntur quippe multi he tici in articulo mortis nec dei nec sui valẽt recordari. Alij versantur ita circa exteriora q' salutis proprie nullo pacto recordantur. his contingit illud Aug. in sermone de ino centibus. Ab hac animaduersione percutit peccator vt moriens etc. O quis enarret q̃t homines in rabiẽ conuersi sunt hora mortꝭ. Alij in desperationẽ. Alij in ydolatriã. Alij sibi mortem proprijs manibus intulerunt. Alij demones inuocabant. Alij fidem nega bant. nunc igitur homo in sanitate de pctõ cogitet si peniteat. quoniã vt dicit. Eccle. ix. Nescit homo finem suuꝫ sed sicut pisces ca- piuntur hamo et aues laqueo sic peccatores

tempore malo. Secunda ratio quare hc mo
in fine vix potest penitere est maloꝝ habitu
atio. Habitus est qualitas de difficili mobi
lis a subiecto. quare peccatores peccatis de
diti qui nunꝙ sciuerūt quid sit penitere ni
si forte dormiendo qui etiam in sanitate cō
stituti intellectu ꝛ sensu non impediti. Si
de peccatis suis cogitare vellent ratione cō
trarie habituatiōis vix possent. Quomodo
ergo hoc poterunt in fine dierū quādo ab h
retardabuntur ꝛ impedient ꝛ ratione dolo
rum corporis ꝛ ratione cōtinuate ꝛ frequē⸗
tate male operatōis. ppterea Hiere.xiij. di
citur. Si ethiops potest mutare pellem su⸗
am ꝛ pardus varietates suas ita ꝛ vos po⸗
teritis bene facere cum didiceritis malum.
israel de manu pharaonis nō potuit auelli
nisi in manu forti in signū ꝙ habituatus i
peccato vix potest liberari. vnde Hiero. pec⸗
catum vix auellitur qd longa expectatione
ꝛ consuetudine retinet ꝛ multa placuit vo
luptate. Cum quis itaqꝫ alias longo tem⸗
porein amore mūdi perseuerauerit difficile
est ipsum retrahere vt mūdum non diligat
ꝛ de perdito mūdo non doleat. dicit enī Gre
go. in morali. ꝙ nunꝙ sine dolore perditur
quod cum amore possidetur. de hoc legunt
multa exempla. dic de illo diuite qui dicebat
O pecunie mee quis vos possidebit: querere i
Roberto. O miseri. O indurati filij adā. O
vani seculi amatores hec audite de vestra
salute cogitate ꝛ ad deum redeundo ei mo⸗
re hui⁹ reguli dicite. Dn̄e descende priusꝙ
moriatur filius meus.

¶ Quo ad secūduꝫ principale viso sermone
precedēti qualiter peccator more reguli exi
re debet a capharnaum id est relinquere de
lectamēta presentis seculi: consequenter re
stat videre quō debeat venire ad iesuꝫ tran
seuntē a iudea in galileaꝫ. Pro quo nota ꝙ
iesus vno modo interptatur salus. Judea cō
fessio. galilea transmigratio. venire ergo ad
iesum transeuntē a iudea in galileā nihil a
liud est ꝙꝫ querere salutē in pura confessiōe
peccatorum transmigrando ab operib⁹ ma
lis ad operatōes bonas virtuosas ꝛ merito
rias. Nullus enim saluari potest nisi confi⸗
teat peccata sua si assit possibilitas de mor
talibus: dico post baptismum nec sufficit ꝙ
qs confiteatur nisi vitā pristinaꝫ dimittere
velit. de confessione autem hic notandū pri
mo ꝙ summe optare debemus bene confi⸗
teri quia hic pendet nostra salus. dicit enīꝫ
Johan.xx. Quorum remiseritis peccata re⸗
mittuntur eis: ꝛ hoc fit in cōfessione. ꝛ.i. Jo⸗
han.i. Si confiteamur peccata nostra fide⸗
lis est deus vt remittat nobis peccata nr̄a
Nec mirari oportet si debeamus confiteri.
omnis enim res per easdem causas soluit
per quas nascitur: vt habetur de regulis iu
ris. Sed diceret quis frater in quadragesi⸗
ma confitebor non est nunc tempus audiē
di predicationem de confessione. Cui respō
denduꝫ est primo quis est certus se quadra
gesimam videre.

¶ Secūdo dato ꝙ videas quō voluntatum
malarū: iniquoꝝ ꝛ prauoruꝫ operū: que per⸗
petras poteris recordari.

Tertio dato ꝙ omniū: quod tamen est im⸗
possibile quomodo vulnus peccati sic longo
tempore vis aufferre a mente. Audi salua⸗
torem dicentem. Luce.xiiij.c. Cuius vestruꝫ
bos aut asinus cadet in puteo ꝛ non extra⸗
het illum continuo. Sed proth dolor casui
bouis ꝛ asini subuenitur corpus infirmum
curatur. Sola anima dei ymagine insigni
ta ꝛ redempta christi sanguine negligitur.
vadat ergo quilibet ad salutem obtinendā
dum saluator transit a iudea in galileam ꝛ
confiteatur ꝙꝫ primū poterit dicendo cum
ezechia. ysa.xxxviij. Viuens viuens ipse cō⸗
fitebitur tibi. Tanto enī sūt grauiora crimi
na ꝙto infelicē animam diutius detinent
alligatam. ca. fi. de. consue. Exigitur secūdo
ꝙ fiat transmigratio. Et debet esse triplex
videlicet.

Migrando a malo in bonū.

Ab occasione mali.

Et a specie mali.

¶ Primā suadebat qui dicebat vade ꝛ am⸗
plius noli peccare. Johan.viij. Secūdam q
monebat exire de medio eorum. Tertiā qui
persuadebat.i. Thessalo.v.c. Ab oī spē mala
abstinete vos. Sed propter defectū harum
transmigrationū pleriqꝫ in peccatis pmā⸗
serunt. ꝛ ꝙuis confessi fuerint tamen absti
nendi ppositum nō habebant. Testimoniū
ferant sup hoc qui suas luxurias per decen
niū cōtinuauerunt: suas iracūdias caute⸗
las fraudes ꝛ inuidias non sicfacient salu⸗

tem suam. Sed a iudea in galileam veniāt audiantqʒ preceptum dñi abrahe datuʒ dicentis. Gene.xij. Egredere de terra tua ꝛ de cognatione tua ꝛ ð domo patris tui ꝛ veni in terram quā monstranero tibi. Et tūc hora septima relinquet eum febris quia infusione septem donorum spiritussancti remissionē qʒ percipiet. Sicqʒ non frustra orabit dicens. Dñe descende priusqʒ moriatur filius meus. Et ꝑ conclusione ipse credidit ꝛc. qð nobis donare digneť qui sine fine viuit et regnat in secula seculoꝝ.

¶ Dñica.xxi.post penthe. Sermo.xxx.

Redde quod debes. Mathei.xviij. ꝛ in euāgelio. Ante iudicium para iusticiaʒ ꝛ ante iudicium interroga temetipsum ꝛ in cōspectu dei inuenies ꝓpiciationē. Ecclesi.xviij. Ad peccatores multipliciter obnoxios. ff. verba sunt ista in qbus duo notantur.

Primū est salutaris monitio.

Scōm felix ꝛ bona repromissio.

¶ Pro primo cū iusticia sit constans ꝛ ꝑpetua voluntas vnicuiqʒ ius suū tribuens: vt dicitur. ff. de iusticia ꝛ iure. l.i. Et in iudicio extremo fiet exactissima requisitio oim bonorū. Sicut notatur in parabola euangelij puta de rege qui rationē voluit ponere cuʒ seruis suis salubrē vnicuiqʒ consulitur parare iusticiā. i. reddere qð debet ante iudiciū. Nota vero quod dicitur. Roma. viij. ꝙ debitores sum⁹ spiritui nostro. Et possunt hec ðbita significari ſm debitum vite triplicis in nobis: videlicet.

Diuinalis.

Rationalis.

Et sensualis.

¶ Scōm enī ꝙ homo contēplatur celestia viuit vita diuina ꝛ angelica. In carne enīʒ esse ꝛ pter carnē viuere nō terrena vita est: sʒ celestis ait Hiero. ad Pau. ꝛ Eusto. ꝛ August. iiij. de trinitate dicit. Oim sanctoꝝ spiritus adhuc in carne viuentiū inceptuʒ diuina sapiunt dū sunt in hoc mūdo hac vita viuentes ꝛ hoc bono prediti debitores sūt. ff. vt eū laudēt ei⁹ bōitatē āplectanť ꝛ ei adhereāt ꝛ eo fruanť ꝛ i ipo ðlecteť. Gustate ait ps. qm̄ suauis ē dñs. hac vita viuebat apl's ꝛ hoc debitū ꝑsoluebat q̄ dicebat. Philip. iij. Nostra ꝯuersatio est i celis. Silr beata magdalena que sedens ad pedes dñi audiebat verbū illius. Luce. x. Secundo debitores sumus spiritui nostro vt virtutib⁹ ꝑficiamus. maximū in hoie est intellectus. x. ethico. cuius ratio ad optima sp deprecatur. i. ethico. Obligationē huius suadebat qui dicebat. Satagite bonis operibus certā facere vocationē vestrā ꝛ electionē fratres. i. petri. i. Qui eñ virtutes in anima acqrit: q̄ nō accepit in vano aiaʒ suā hic beat⁹ efficiť. Que aūt sunt he virtutes. ij. Pet. i. dicitur. ministrate in fide vestra virtutem: in virtute autem scientiam: in scientia autem abstinentiā: in abstinentia aūt pacientiā: in pacientia aūt pietatē: in pietate aūt fraternitatis amorē: in amore aūt fraternitatis charitatē: hec oia vobiscū si assint ꝛ supent non vacuos non sine fructu vos constituēt in dñi nostri iesu xpi cognitione. Tertio debitores sumus carni dando ei mortificationē atqʒ reprimendo eius desideria. hoc debitū soluebat qui. ij. Cor. ix. di. Castigo corpus meum ꝛ in seruitutē redigo. ꝛ notanť. xxxij. q. v. ca. Si paul⁹. hec debita si soluerim⁹ i cōspectu dei vt dicit scḋa ps ꝑthemať inueniem⁹ ꝓpiciationē. Eze. xviij. Impi⁹ si fecerit iusticiaʒ vita viuet ꝛ nō moriet. xij. q. ij. c. Cū deuotissimā. Sūmū bonū in reb⁹ iusticiā colere. Aia ğ peccatrix. Redde qð debes.

¶ Pro fundamēto mouet q̄stio: qꝛ i themate ð. Redde qð debes. Merito qs dubitare posset. An in oi actu nr̄o teneamur volūtatē nr̄am diuie volūtati ꝯformare. Notat. b. Bona. di. xvij. ij. Qð create volūtatis ad diuinā volūtatē pōt eē triplex ꝯformitas: vcʒ.

In volito tm̄.

In mō volēdi tantum.

Et in vtroqʒ simul.

Dñs petrus aureoli addit cōformitatē intētionis vcʒ referendo in deū actu vel habitu de referibilib⁹ loquēdo di. vlti. i. Quod tenemur nos ꝯformare diuine volūtati i oib⁹ in mō volendi: qꝛ scʒ illud qð volum⁹ debem⁹ velle eomodo qð deus vult nos velle. In volito aūt vbi absolute nob nō innotescit diuia volitio possum⁹ discrepare saltē volūtate pietatis: vt pius filius optat vitā patris queʒ

tamen deus vult mori: dicatur ergo cuilibz. Redde quod debes. Conforma te diuine volitioni: quoniā ad hoc obligatus es fm illō. Johā.xv. Vos amici mei estis si feceritis q̄ ego pcipio vobis. ꝛ.xiiij. Si quis diligit me sermonem meuz seruabit ꝛc. Miretur nullus si plures dānentur. Quis miraretur si quis faceret suū funez quo suspendi posset ꝛ eundē proprio collo impositū traderet lictori: quis miraretur: si talis suspenderetur ꝛ strangularetur: certe nullus mirari deberet. Ad vos indurati peccatores sunt verba ista qui peccata mortalia cōmittendo: deuz contēpnendo sibi quod debetur non reddēdo cordam facitis funem componitis compositūq; in collo ponitis quo suspendi debeatis. dicitur enim Prouerb.v. Iniquitates sue capient impium: ꝛ funibus peccatoruz suorum vnusquisq; constringetur. Et cui q̄so hoc debet imputari. Respōdet regula iuris libro.vi. dānuz quod quis sua culpa sentit sibi non alteri imputari debet. Et habetur. ff. de regulis iuris. l. quis. Nec imputet diuine seueritati: sed nostre negligentie. xi. q.iij. Audi. nec quoq; imputandum est diabolo tentanti vel homini incitanti: sed pro prie voluntati. xv. q.i.c. Non est. Igitur quilibet qualiter preterito tempore vixerit vide at ad deū redeat suā ignauiā recognoscat: ꝛ decetero qd̄ tenet agere faciat iuxta thema rationē reddat.

¶ In isto sermone erunt due partes.

Prima de creatoris debito sibi psoluendo.

Secunda de impedimento non reddendi amouendo.

¶ Quo ad primā cū a dn̄o deo nostro habeamus quicq̄d sit iuris creationis redēptiōis ꝛ conseruationis admin⁹ debemus sibi tria que a quolibet seruo debent dn̄o suo. Et hec necessario habemus reddere.

Primo in preceptis obedientiā.

Secundo de perpetratis peccatis penitentiam.

Tertio p bn̄ficijs collatis gratitudinē.

¶ Quo ad primū de quo videndū est in sermone precedenti scz circa obedientiā ꝛ preceptoꝝ obseruationē tria sunt videnda.

Primo ad hm̄oi obseruantiā inducentia.

Secundo horum preceptorum obseruantiam integram.

Tertio obseruationis ipsorum multiplicez differentiam.

¶ Quo ad primū multa nos inducūt ad obseruanda diuina pcepta: videlz.

Ipsoꝝ rationabilitas.

Multiplex vtilitas.

Ac varia piculositas.

¶ Pro pmo rationabilia enim sunt diuina precepta quia nihil cōtinent impossibile nihil onerosum nihilq; iniquū. de pmo. Deut. xxx. Quod ego precipio tibi hodie non ē supra te nec procul positum neq; in celo situatum Sz iuxta te est sermo meus vt facias. de secundo. i. Johā.v. Mandata eius grauia nō sunt. de tertio. Roma. vij. Lex quidē sancta ꝛ mandatuz iustum ꝛ bonū. de vtilitate vero ipsorum mandatorū q̄uis sit multiplex omnia tamen includendo dicitur. Prouer. vij. ca. Serua mandata mea ꝛ viues. Obseruans enim diuina mandata dignus ē gratia ꝛ gloria: sanctorum consortio. de periculositate vero transgressionis dicitur Leuit. xxvi. Quod si non audieritis vocem meam ꝛ non feceritis omnia mandata mea visitabo vos in egestate: ꝛ calore: que afficiet oculos vestros ꝛ ɔsumet animas vestras. Modus aūt obseruandi mādata dz esse triplex vt scz obseruentur

Integraliter.

Intentionaliter.

Et perseueranter.

¶ De pmo. Jaco.ij. Et habetur de regulis iu In auten.c. defleat peccator. ꝛ de pe. di.v.ca. consideret. Qui totam legem obseruauerit offenderit autem in vno factus est omniuz reus. De secūdo. Johan.xiiij. Sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Certum est enim q̄ is cōmittit in legem qui verba legis amplectens: contra legis nititur voluntatem. de regulis iu. lib. vi. Sed faciunt fraudez legi. Ideo ostenderetur hic p obseruatione festi: pro auditione misse: p non rapiendo alienū per fraudes: pro non cōtrahē do matrimoniū intētione indebita: pro nō vtendo matrimonio inhoneste: pro restituendo alienū si non facit eo modo quo dz. De tertio. Mat.xxiiij. Qui perseuerauerit vsq; in finez hic saluus erit. ꝛ ad Gala.vi. Bonū aūt facientes nō deficiamus. ¶ Tertiū aūt pncipale hui⁹ ptis est obseruationis defici

entia seu defectus: pro quo nunc sceleratis christianis pōt dici qd̄ dudum deprauatis filijs israel dicit dn̄s. Ezechie.xx. In p̄ceptis meis nō ambulauerunt: τ iudicia mea p̄iecerunt: τ sabbata mea violauerūt vehemēter. Si hec vera sint de xp̄ianitate nostra. Proth dolor pōt perpendi si diuine legis attendantur v̄ba τ intentio atq; ipsis p̄cept̄ ꝯtraria facta cōsiderent̄: cogitemus singuli de quolibet p̄cepto qd̄ melius obseruat̄: an ip̄m preceptū: vel ipsum ꝯtrariū: de non iurando in vanū: de sanctificando sabbatū de non luxuriando: furando: τ hm̄oi vel ipsorum ꝯtraria. Certe xp̄ianitati pōt dici qd̄ dr̄ synagoge iudeoꝝ. Osee.iiij. Oblita es legis dei tui: obliuiscar filioꝝ tuorū τ ego. Em multitudinē eorū sic peccauerūt mihi gloriam eoꝝ in ignominiā cōmutabo. certe de prauata audi q̄rimoniā dei tui sup tua offensione audi τ cōminationē: τ ne forte dānneris qd̄ debes redde.

¶ Quo ad secundū principale huius s̄mo nis cognito ꝙ sumus deo sic obligati reddere mandatoꝝ obseruantiā: τ tantopere a nobis redditio req̄ratur mirū valde ē. Cur hoīes infelices sic detinent̄: sic occupentur sic deniq; abutant̄ ꝙ deo hec non soluant: imo potius ꝯtrariū faciunt. Sed certe ratio in promptu est dicit apostolus Roma. x. Corde ad iusticiā ore aūt τc. Ma. so. ix. τ Luce. vij. dr̄ filia fides tua saluā te fecit. Et Mathei. ix. Omnia possibilia sunt credenti. Sed iuxta philosophū. ij. phisi. Idez pōt esse causa ꝯtrarioꝝ vt nauta per presentiaz sui est cā ꝯseruationis nauis: τ per absentiam suā est cā periclitationis eius. Sic vtiq; fidē habentes deo obediūt: τ fide carentes ipsi nō obediunt. dr̄ em̄. xxiiij. q. i. c. quia ex sola. Quia sicut existentes extra archaz Noe perierūt: sic existentes extra fidem: τ h̄ merito: qm̄ fides est substantia sperandaꝝ rerū argumentū nō apparentiū. Hebre. xi. Propter defectuz fidei dictum fuit Moysi Nume. xx. Quia nō credidistis mihi vt sanctificaretis me corā filijs israel non introducetis hos populos in terrā quā dabo eis Sed dicet nūc q̄dam infidelis nō sum omnia credo que credit ecclesia. Et tn̄ opera fidei non facis: cui merito pōt dici ostende fidem tuā ex opibus: q: fides sine opib⁹ mortua est. Jacobi. ij. ca. Quis em̄ fateretur reges suū fore qui tn̄ die noctuq; inimico suo faueret seruiret sibiq; seruientes amaret τ sociaret: q̄s assentiret dicēti se credere omnia: que alius asserit: nec tn̄ eius dictis etiam in minimo obtemperaret. Certe h̄ modo sunt pctōres seculi fatentur se nosse deum factis aūt negant. ad titū. Sed hec nō sufficiunt ad salutem. dicit̄ Math. vij. Nō oīs qui dicit mihi dn̄e dn̄e itrabit in regnū celorum. Si nempe mortales credant vitā presentē aliq̄n dimittere quō hic talit̄ mēte detinentur: ac si hinc nunq̄ exire deberent. Si luxuriosi credant pro suis volupta tibus penā demereri eternā: quomodo talibus se exponunt periculis: cū etiam ꝓ modica pena euitanda: tam sepe delicias contemnāt. Si credant fures: falsarij: fallaces adulteri: τ incestuosi: aut quiuis alij peccatores deū pctā sua noscere: cur coraz deo faciunt q̄ coram hominibus facere formidarent. Sed certe si fidē vocibus profitentur operibus tn̄ detestantur. ꝓpterea distiguit optime magister s̄niaꝝ. xxiij. di. iij. ꝙ aliud est credere deo.

Aliud credere deum.

Aliud credere in deum.

